3

MVNDI FVRIOSI SIVE P. A. IANSONII NARRATIONIS RERVM TOTA EVROPA GESTARVM, CONTINVATIO AB

Anno 1597. vſque ad annum præſentem 1600.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ,
Apud Gerhardum Greuenbruch.
ANNO M. DC.

PRÆCIPVARVM HVius libri Index.

MAhumetes ex Hungaria Conſtantinoplim redit. 2
Nouam expeditionem parat. ibid.
Annona caritas Conſtantinopoli. 3
Legatus Perſicus Conſtantinop. venit. 4
Induciæ Turcarum cum Perſis. 5
Legatus Anglicus venit Conſtantinopolim. ibidem.
Tranſyluanus Albam Iuliam redit. 12
Bulgari deficiunt à Turcis. ibid.
Turca Tranſyluano pacem offert. 14
Turcæ rurſum caduntur. 17
Strigonienſes caſis Turcis commeatum ipſo: ū intercipiunt. 18
Turcicus veredarius intercipitur. 21
Induciæ Turcarum cum Perſis irritæ. 22
Dotis ſtratagemate occupatur. 24
Proditio Ianuſchij detegitur. 30
Centum quinquaginta Wallones ſubmerſi. ibidem
Wallones prædantes puniuntur. ibid.
Tartari caſi ab Huſſaris. 31

Suburbia

Suburbia Albæregalis exuruntur. ibid.
Tauſchat occupant noſtri. 32
Turcæ noſtris cibaria præripere conantes cæduntur. 33
Calamitas Conſtantinopolitanorum. 34
Tornacum à Comite S. Pauli fruſtra iuuaditur. 35
Hiſpani Gallos Caſtrum Reuin readificantes cædunt. 37
LutZelburgenſium & Artheſianorum agros Gall. depopulantur. ibid.
Proditores Gallicæ puniti. 38
Steinvvichum ab Hiſpanis fruſtra oppugnatum. 39
Hollandi infeliciter Vltraiecto & Grauelingæ inſidiantur. 40
Ordinum expeditio in Syluam Ducis irrita. ibid.
Rex Hiſpaniarum in Italia conſcribit exercitum. 41
Rex Gall. Pontifici ſua obſequia per legatum defert. ibid.
Henricus IIII. Hugonotis multa pro Religionis ſuæ libertate indulget. 45
Alcumiſta Stutgardiæ ſuſpenditur. 46
Seditioſi ruſtici in Auſtria occupant cœnobium Lilenfeld. 48
Geminga cœnobium ſpoliatur. ibid.
Primarij totius ſeditionis Anteſignani capiuntur. 51

Tranſdanubiani in inferiore Aniſca iterum rebellant. 52
Wilhampergius ſeipſum interficit. 54
Superiori Anſia ſeditio feliciter ſopitur. 55
Seditio operarum in Auſtria. 57
Seditio noua Viennæ. ibid.
Autores ſeditionis ruſticorum ſupplicio afficiuntur. 60
Viennæ interdicuntur profectiones ad hæreticorum conciones. 64
Mendoza rediјt à Cæſare Bruxellas. ibid.
Nuptiæ Lotharingi cum ſorore Regis Galliarum. 65
Induciæ inter Galliæ Regem & Ducem Mercurij. ibid.
Plauettam Galli occupant. 71
Humbecurtium à Gallis capitur & mox amittitur. 72
Francovillam capiunt Hiſpani. 73
Reſponſa ſtatuum Belgij datum Legato Regis Poloniæ. 78
Veneta nauis à pyratis Turcis ſpoliatur. 85.

Ad Lectorem Typograph.

S. P. Te candide Lector, procul omni dubio haud latebit, nos multoties hiſtoriolę noſtrę continuationẽ pollicitos eſſe. Cum verò mora in nobis hactenus non fuerit, ſed omnis cauſa retardationis in Autoris noſtri varijs & grauiſſimis occupationibus reponenda ſit, te rogatum etiam atque etiam volumus, vt prodromō hunc eius, donec maiora & reliqua omnia quæ ſub incude ipſius adhuc ſunt, acceperis, æqui boniq́ue conſulas, illoq́ue benignè vtaris. Res ipſa loquetur. Vale.

MVNDI FVRIOSI,
ſiue
P. A. IANSONII NAR-RATIONIS RERVM TOTA EVROPA GESTARVM, CONtinuatio, ab Anno 1597. vſque ad Annum præſentem 1600.

CONTINVATVRVS ſeneſcẽtis mundi miſerias, & ruentis in ſuam perniciem orbis inſaniam enarrare, ab Vngaricis rebus auſpicandum duxi, & quidem quæ Turcarum Imperator, poſt infelicis memoriæ Kareſtenſem pugnam conſilia inierit, & quos apparatus in nouam expeditionem fecerit, initió recenſere.

Pugnam iſtam Ianſonius libro ſecundo Mundi ſui furioſi, luculenter enarrauit: proſecuturus haud dubiè quæ poſtea contigerunt, niſi eum fata ſua præueniſſent: Cuius ego ſtudium amicorum rogatu excepturus, de tua beneuolentia, Benigne Lector, hoc mihi perſuaſum habeo, ſi minus hic primus labor tuo genio arriſerit, te exercitatum magis patienter expectaturum

 & hõc

1596. Decemb.

& hoc noſtro Tyrocinio interim fruituri rum beneuolè.

Mahumetes ex Hũgaria Conſtantinopolim redit.

Mahumetes igitur poſt expugnatam Agriam,& partam ſingulari ſua fortuna Kareſtenſem victoriam, ita Conſtantinopolim profectus eſt, vt ex fuga collectum potius, quàm victorem exercitum ducere appareret. Ipſe enim toto itinere tacitus, ſigna explicari aut tubas ſonare noluit. Conſiderabat fortitudinem Chriſtiani militis & pugnandi dexteritatem, quæ niſi coniunctam rapiendi intempeſtiuam cupiditatem habuiſſet, inſuperabilem fuiſſe, ſuas numeroſas copias ſemper cæſas eſſe, quàm diu arma Chriſtiani tractaſſent, iacere tanti exercitus ſui optimum quemq;. Quod ſi Chriſtiani Principes rurſus in amicitiam, depoſitis veteribus odijs, coeant, (quemadmodũ ex annalibus maiorum ſuorũ, ipſis in more poſitum eſſe non ignorabat, quando cõmunis Chriſtiani nominis hoſtis bella continuaſſet) ſuaſque vires Aſiaticis copijs obijciant, nihil infinitam multitudinem contra inuictum Chriſtianorum robur valituram. Itaque maioribus animis, & amplioribus copijs bellum redintegrandum, & dum ſuo commodo Chriſtiani diffident, perurgendam belli fortunam eſſe. Sic Conſtantinopolim reuerſus, veredarios plus minus octoginta in omnes imperij ſui par-

Nouã expeditionẽ parat.

te-

tes ſtatim emittit, eo cum mandato, vt quicunq; decimum ſextum annum expleuiſſet, ſe ad bellum inſtrueret. Natoliæ, Syriæ, AEgyptique Præfectis ſub capitis pœna (quam miſſo euaginato acinace indicat) demandat, quem ſic collegiſſent, luſtraſſentque exercitum, quàm citiſſimè Conſtantinopolim adducant. Per Præconem quoque proclamari in publico iubet, mortem conſtitutam illis eſſe, qui vel literis vel in colloquijs negaſſent, Sultanum ipſum in Hungariam, maioribus viribus quàm vnquam maiores ſui contra Chriſtianos mouiſſent, breui reuerſurum.

Annonæ caritas eo tempore nihil Conſtantinopoli remiſerat, tantaque frumenti & carnium erat penuria, vt multi fame enecarētur. Ex quo enim die in VValachiam, Moldauiam & Bulgariam itinera infeſtari cæptum, vix primatibus carnium multarumque rerum aliarum, quæ inde maximam partem exportari ſolebant, vſus erat. Cum igitur miles, qui gregatim quotidiè conflacbat, fame inciperet laborare, Mahumetes viginti quinq; popinas, contra tamen Alcorani ſui expreſſam legem, extruxit, in quibus varia eſculentorū genera tolerabili precio venirent. Popinarijs quoq; ad frumenta pecudeſq; coemendas magnā pecuniæ vim ex ærario ſuo ipſe contulit. *Annonæ cāritatē ſub eunt.*

1596. Decemb. *Legatus Perſicus Conſtantinop. venit.*

Dum hæc fiunt, à Perſarum Rege Legatus in vrbem aduenit, comitatu tam inſigni tantiſque cum muneribus, cuiuſmodi ab hominum memoria nunquam alius ibi viſus fuerat. Præcedebant ſatellites centum, omnes ſericis tunicis talaribus, patrio more, amicti. Hos ipſe Legatus, Gubernator Calderiniæ (quæ regio verſus meridiem Georgianos conterminos habet, ab Occidente verò flumine Tygri alluitur) prænobili vectus equo ſequebatur; veſtis illi erat oblóga ex rubro holoſerico optimo, gemmis & vnionibus artificiosè picta. Poſt eum incedebant trecenti viri nobiles, Perſæ omnes, vno habitu, veſtimentis pubetenus ſuccinctis, tiaris ſpiriſque pretioſis. Hos ſecuti currus aliquot, quibus munera illa regia vehebantur, Excepta hæc legatio eſt à Principe Vezir & Baſsis nobilioribus, & ad regiam nouam deducta, vbi illã Mahumetes ad ſe admiſit, aduentuiq; multum eſt gratulatus. Ibi Serdar Legatus, multa de Rege ſuo præfatus, profectionis ſuæ cauſam expoſuit oratione longa, eleganti & Turcis pergrata, Cuius hoc caput fuit, Regem ſuum velle cum domo Ottomannica annorum aliquot inducias paciſci, ſi Mahumetes vltrò duodecim ciuitates ſuperioribus bellis Perſis ereptas, & tres arces ad Tygrim fluuium recens exædificatas,

tas, cum omnibus earum pertinentijs om- 1597.
ninò reſtituat, velle è contra Perſum Tur- Ianuar.
cis ad hoc bellum Vngaricum quinquagies mille exercitatos milites ſubmittere & ſuis ſtipendijs vſque ad belli huius exitum alere. Dona deinde adducta & Mahumeti tradita ſunt. Primum erat tentorium magnificentiſſimum intus diuerſis habitaculis diſtinctum, tantæ amplitudinis, vt extēſum octo agrorum iugera occuparet, factum id erat ex ſerico coccineo, cui paſſim in laciniarum iuncturis aureæ laminulæ erant intertextę. Alterum octo periſtromata operis Perſici, in ijs ſingulari arte plerorumq; Turcicorum Perſicorumq; Imperatorum imagines conſpiciebantur, prælia etiam & res ab ijs geſtæ; tum gemmę variæ. Denique libri aliquot de arte militari doctiſſimi. His expeditis Baſſæ reliqui- *Induciæ Turcarum cū Perſis.* que Aulici Legatum in palatium vetus, in quo hoſpitium illi erat inſtructum, honorificè ſunt comitati. Vbi cùm aliquot diebus quieuiſſet multaq; cum Baſſis interim & Sultani matre egiſſet, inducias dictis cōditionibus Mahumetem ratas habere intellexit.

Circa id etiam tempus ab Angliæ Regina Legatus venit, is quid in mandatis habuerit ſcire necdum licuit. Ex muneribus, *Legatus Anglicus venit Conſtantinopolim.*

1596. Decemb. *Legatus Perſicus Conſtantinop. venit.*

Dum hæc fiunt, à Perſarum Rege Legatus in vrbem aduenit, comitatu tam inſigni tantiſque cum muneribus, cuiuſmodi ab hominum memoria nunquam alius ibi viſus fuerat. Præcedebant ſatellites centum, omnes ſericis tunicis talaribus, patrio more, amicti. Hos ipſe Legatus, Gubernator Calderiniæ (quæ regio verſus meridiem Georgianos conterminos habet, ab Occidente verò flumine Tygri alluitur) prænobili vectus equo ſequebatur; veſtis illi erat oblõga ex rubro holoſerico optimo, gemmis & vnionibus artificioſè picta. Poſt eum incedebant trecen[illegible] viri nobiles, Perſæ omnes, vno habit[illegible] mentis pubete nus ſuccinctis, ti[illegible]ſque pretio[illegible] Hos ſecuti curru[illegible] quibus m[illegible] illa regia vehe[illegible] cepta h[illegible] tio eſt à Princ[illegible] Baſsis [illegible] bus, & ad r[illegible]m ded[illegible] Mahum[illegible]iſit, ad tum e[illegible] i Ser[illegible] ta d[illegible] fatu[illegible] c[illegible]

tas, cum omnibus earum pertinentijs om-
ninò reſtituat, velle è contra Perſam Tur-
cis ad hoc bellum Vngaricum quinqua-
gies mille exercitatos milites …
& ſuis ſtipendijs vſque ad belli …
itum alere. Dona deinde adducta & Ma-
humeti tradita ſunt. Prim…
um magnificentiſſimum …
bitaculis diſtinctum, tantæ …
vt extēſum octo agrorum …
ret, factum id erat ex ſericis … ni-
paſſim in laciniarum iunct… s in
minulæ erant intertextæ. A… ue ad
riſtromata operis P… arabat.
te plerorumq; T… icuſque
Imperatorum i… gebat. quo-
prælia etiam & … as agere. Fu-
variæ. Denic… es ea maximè
tari doctiſſi… duos vicos heb-
que Auli… dmodum iſto in
quo hoſ… in conſpectu Te-
rificè ſ… uparunt, abactaque
bus … multitudine, incendio
… t. Illa quoq; Orskianorū
… r variantis fortunæ ludi-
… potius quàm clade aliqua
… è, memorabilis eſt. Emiſerat
… ub finem Martij Petrus Orski
… itum præfectus, aliquot ſuo-
… los ſpeculatū, propoſueratq;

1597. Ianuar. quæ is Sultano obtulit, plurimis ſuſpicio orta eſt, Reginam clandeſtina conſilia cum Turcis inire. Munera fuerũt duo horologia aurea incredibili artificio perfecta, quorum alterum ad triremis ſimilitudinem fabrefactum, horas ſingulas ſonitu diſtinguebat: alterum progreſſus ſyderumque ortus & occaſus certis miriſque motibus imitabatur.

Dum ſic futuro bello Turca incumbit & ſuas vires nouis amicitijs firmat, Rudolphus Imperator noſter, ſuo honori orbiq; Chriſtiano minimè deeſt. Scripſerat ille paulò ante ad Electores Principes, reliquoſq; imperij ſtatus, & circulos conſcribi, conuentuſque haberi mandârat, quò communi conſilio de nouo milite cõſcribendo, & pecunijs contribuendis ſtatueretur. Ipſe hæreditarijs in regnis Bohemia, Auſtria, reliquiſque iam tum comitia celebrarat. In Hungarico indicta erant, ad quæ Archidux Matthias profectus, Februarij die viceſimo, quæ Cæſar vellet propoſuit. Conuentum poſt longas diſceptationes eſt, vt decies mille pedites, equiteſque in regno conſcribantur, ijſque ex ſubditorum collectis ſtipẽdia diſſoluantur. Quod ſi maioribus copijs futura expeditio, vel propter alicuius loci obſidionem, vel rerũ inſperata maiora pericula eguerit, promittunt

tunt ſtatus ſe omnes ad Cæſaris imperium militaturos. Si verò ipſe Imperator in Hungariam veniret, etiamſi ad maius diſcrimen, quàm hoc præſens eſt, regnũ non adducatur, omnes tamen in caſtra eum ſecuturos. Imperij Principes de ſuis quoque ſuppetijs ſcribebant, & eas vti anno ſuperiore ingentes promittebant. Solus Saxonicus circulus mille equites offerebat. Colligebantur etiam Imperatoris priuata pecunia non exiguę copiæ maximè è VVallonibus. Pari diligentia Pontifex maximus in Italia delectum fieri curabat, omniaque ad ſacrum hoc bellum ſtudioſè comparabat. 1597. Februar.

Interea miles Chriſtianus Turcicuſque qui in hybernis, præſidijſque agebat, quotidie excurrere, velitari, prædas agere. Fuitque inter multas excurſiones ea maximè inſignis, qua Tranſyluani duos vicos hebdomadarijs mercatibus admodum iſto in tractu celebres, propè in conſpectu Temeſvvarienſium occuparunt, abactaque ingenti pecorum multitudine, incendio penitus deleuerunt. Illa quoq; Orskianorũ excurſio propter variantis fortunæ ludibrium iucunda potius quàm clade aliqua data acceptauè, memorabilis eſt. Emiſerat Strigonio ſub finem Martij Petrus Orski cohortis peditum præfectus, aliquot ſuorum manipulos ſpeculatũ, propoſueratq;

1597. Februar.

Pręmium,ſi quem Turcam poſſent capere, ex quo hoſtium conſilia intelligerent. Hi lunæ beneficio vſi, Paxinque prętergreſſi, non procul Tolna nauim conſpicantur ad Danubij littus fixam. In illam ſe confeſtim conijciunt, captiſque vectoribus prædam quam valdè optimam inueniebant, in ſarcinas colligunt & rupto fune pedem retrò ferunt. Redeuntibus occurrunt ſexaginta Turcæ; noſtri ex ſua paucitate præſens diſcrimen metientes, pręcipiti ſtatim fuga ad Danubium deferuntur, hos illi pari agilitate inſequuntur, & onuſtos, captiuiſq; impeditos ita premunt, vt aliquot captiuos deſerere & prædæ partem magnam abijcere cogerentur, quam illi interceptis inſuper tribus Orskianis, collegerunt, & quod reliqui ſingulari ſua fortuna Hippagonem nacti, ſe nobilioremque prædam ſeruaſſent, iter inſtitutum, lęti hoc inopinato ſucceſſu, repetiuerunt. Sed & hi progreſſi paululum, obuios habuerunt ducentos Tartaros, qui cùm rapinæ partem depoſcerēt, illi verò, quod virtute & ſuo periculo fuerant conſecuti, ijs impartiri intrepidè recuſarent, ad arma deuentum eſt, commiſſumq; prælium atrox, eo euentu vt quindecim Turcæ, & Tartari ſeptem in ipſo conflictu caderent, plures vtrinque ſauciarentur, & Tartari aduerſarijs in fugā coniectis,

ieᶜtis, cũ omni præda Fevvlduariam, quæ Paxi itinere vnius diei abeſt, abirent. Verùm dum iſti de præda decertant, ex Orſkianis vnus, Petri Buccinator, diſruptis vinculis, arreptoque acinace cuſtodem ſuum obtruncat, & felici fuga Strigonium paucis poſt diebus euaſit, vbi præfecto ſuo hunc fortunæ luſum enarrauit, quem reliqui duo cõtubernales pari felicitate cum duodecim alijs captiuis elapſi & Strigonium poſt ſeptimanas aliquot reuerſi, confirmarunt.

Reficiebant per iſtos dies Agrienſes ciuitatem ſuam ſuperiore expugnatione plurimis partibus ſtratam, & foſſas valli mœniumque ruinis, & ingeſtis virgultorum faſcibus expletas, magna contentione euacuabant. Montem quem Teufenbachius obſidionis initio occuparat, duplici ſepimento intus terra repleto latè cingebant, plurimiſq; tormentis in eum conuectis egregiè muniebãt. Quæcunq; enim tormenta à noſtris ad Kareſtã hoſtis obtinuit (obtinuit autẽ omnia, præter duodecim curulia minora, quæ noſtri Caſchauienſes ad pagum Miſchgoltz, ſexto poſt noſtrorum cladem die nacti, ſuum in oppidum abduxerunt.) ea omnia Agriam ſunt introducta. Quorum tantus eſt, referente Muſtapha Baſſa Agrienſi capto, numerus, vt ar-

1597. Martius. cis inferiorem aream prorſus complerint.

Per id tempus fama inualuit, ab coniecturis nô inanibus profecta, Mahumetem Turcarum Imperatorem omnia ad Viennæ, quæ Auſtriæ caput eſt, obſidionem cõparare. Augebant fidem ex Aſia recentes Budam, Albamquè ſubmiſſæ copiæ. Nam & Solnoccum auxiliares Tartarorum numeroſæ cohortes aduenerant. Præterea Baſſa Budenſis decimo die Martij, valida peditum equitumquè manu, multũ commeatum, magnamquè pulueris nitrati & pilarum ferrearum vim, cum plurimis alijs iumentis ſarcinarijs Rabam intempeſta nocte immiſerat. Multi quoque Chriſtiani captiui, libertatem mercati, & Agria reliquiſque ex oppidis dimiſſi, eò quod annonæ tanta paſſim eſſet apud Turcas inopia, vt ſuis alendis vix neceſſaria ſufficerẽt, vulgatam hanc famam confirmabant, omniaque ad inſignem aliquam obſidionem ab hoſte inſtitui nunciabant. Omniũ verò maximè Viennenſes commouit capti cuiuſdam Turcæ & Presburgi in vinculis aſſeruati expreſſa in eculeo confeſsio, ſiquidẽ is conſtanter aſſerebat, Baſſam Budenſem veſte Italica mentitum Comitis Chriſtiani nomen & conditionem, Viennæ aliquot dies ſubſtitiſſe, vrbis ſitum luſtraſſe, excubias, munitiones, portas, pro-

pugna-

pugnacula conſideraſſe, ciuium animos, & de peruagato Mahumetis aduentu rumo- 1597. Martius.
res exploraſſe. Senatus enim emiſſis apparitoribus, ſingulis ciuibus demum denunciarat, vt deinceps magis accuratam hoſpitum ſuorum rationem haberent. Sed & ipſe Archidux Matthias his inductus rationibus, decimum Aprilis diem indixit, quo cum Senatu Populoque Vienneſi de rebus quę ad ſalutem vrbis pertinerent, ſeriò ageret. Quo in conſilio ea fuit Archiducis ſententia, vt ſuburbia quę eſſent intra nouā portam, & eam quæ vulgo, das ſtuben Thor dicta, omnia ad ducentos paſſus ab vrbe dirueerentur, & cum ædificijs etiam hortorum ſepimenta planè amouerentur. Senatus tamen multùm hîc interceſſit, & non ciuium fortunis ſolùm eam demolitioné grauem & maximè luctuoſam fore oſtendit, ſed toti etiam Chriſtiano orbi admodum pernicioſam. Nam & terrorem ingentem Chriſtianis illaturam, & confidentiæ plurimum addituram ferociſſimo & ex ſuperiore Kareſtenſi victoria inſolentiſſimo hoſti. Spectare præterea ad tantæ vrbis decus, vt quam opinionem toti Europæ de firmitudine ſua, ſuorumque ciuium ſingulari virtute ſuperiori tempeſtate feciſſet, pręſertim quādo Solimannus Mahume-

Ad Lectorem Typo-graph.

SP. Te candide Lector, procul omni dubio haud latebit, nos multo toties hiſtoriolę noſtrę continuationē pollicitos eſſe. Cum verò mora in nobis hactenus non fuerit, ſed omnis cauſa retardationis in Autoris noſtri varijs & grauiſſimis occupationibus reponenda ſit, te rogatum etiam atque etiam volumus, vt prodromō hunc eius, donec maiora & reliqua omnia quæ ſub incude ipſius adhuc ſunt, acceperis, æqui boniq́ue conſulas, illoq́ue benignè vtaris. Res ipſa loquetur. Vale.

MVNDI FVRIOSI,

ſiue

P.A. IANSONII NARRATIONIS RERVM TOTA EVROPA GESTARVM, CONtinuatio, ab Anno 1597. vſque ad Annum præſentem 1600.

CONTINVATVRVS ſeneſcẽtis mundi miſerias, & ruentis in ſuam perniciem orbis inſaniam enarrare, ab Vngaricis rebus auſpicandum duxi, & quidem quæ Turcarum Imperator, poſt infelicis memoriæ Kareſtenſem pugnam conſilia inierit, & quos apparatus in nouam expeditionem fecerit, initio recenſere.

Pugnam iſtam Ianſonius libro ſecundo Mundi ſui furioſi, luculenter enarrauit: proſecuturus haud dubiè quæ poſtea contigerunt, niſi eum fata ſua præueniſſent. Cuius ego ſtudium amicorum rogatu excepturus, de tua beneuolentia, Benigne Lector, hoc mihi perſuaſum habeo, ſi minus hic primus labor tuo genio arriſerit, te exercitatum magis patienter expectaturum

1596. Decemb. & hoc noſtrô Tyrocinio interim fruitu-
rum beneuolè.

Mahumetes ex Hũgaria Conſtantinopolim redit. Mahumetes igitur poſt expugnatam Agriam, & partam ſingulari ſua fortuna Kareſtenſem victoriam, ita Conſtantinopolim profectus eſt, vt ex fuga collectum potius, quàm victorem exercitum ducere appareret. Ipſe enim toto itinere tacitus, ſigna explicari aut tubas ſonare noluit. Conſiderabat fortitudinem Chriſtiani militis & pugnandi dexteritatem, quæ niſi coniunctam rapiendi intempeſtiuam cupiditatem habuiſſet, inſuperabilem fuiſſe, ſuas numeroſas copias ſemper cæſas eſſe, quàm diu arma Chriſtiani tractaſſent, iacere tanti exercitus ſui optimum quemq;. Quod ſi Chriſtiani Principes rurſus in amicitiam, depoſitis veteribus odijs, coeant, (quemadmodũ ex annalibus maiorum ſuorũ, ipſis in more poſitum eſſe non ignorabat, quando cõmunis Chriſtiani nominis hoſtis bella continuaſſet) ſuaſque vires Aſiaticis copijs obijciant, nihil infinitam multitudinem contra inuictum Chriſtianorum robur valituram. Itaque maioribus animis, & amplioribus copijs bellum redintegrandum, & dum ſuo commodo Chriſtiani diffident, perurgendam belli fortunam eſſe. Sic Conſtantinopolim reuerſus, veredarios plus minus octoginta in omnes imperij ſui par-

Nouã expeditionẽ parat.

te-

tes ſtatim emittit, eò cum mandato, vt quicunq; decimum ſextum annum expleuiſſet, ſe ad bellum inſtrueret. Natoliæ, Syriæ', AEgyptique Præfectis ſub capitis pœna (quam miſſo euaginato acinace indicat) demandat, quem ſic collegiſſent, luſtraſſentque exercitum, quàm citiſſimè Conſtantinopolim adducant. Per Præconem quoque proclamari in publico iubet, mortem conſtitutam illis eſſe, qui vel literis vel in colloquijs negaſſent, Sultanum ipſum in Hungariam, maioribus viribus quàm vnquam maiores ſui contra Chriſtianos mouiſſent, breui reuerſurum.

Annonæ caritatē ſubeunt. Annonæ caritas eo tempore nihil Conſtantinopoli remiſerat, tantaque frumenti & carnium erat penuria, vt multi fame enecarētur. Ex quo enim die in VValachiam, Moldauiam & Bulgariam itinera infeſtari cæptum, vix primatibus carnium multarumque rerum aliarum, quæ inde maximam partem exportari ſolebant, vſus erat. Cum igitur miles, qui gregatim quotidiè confluebat, fame inciperet laborare, Mahumetes viginti quinq; popinas, contra tamen Alcorani ſui expreſſam legem, extruxit, in quibus varia eſculentorū genera tolerabili precio venirent. Popinarijs quoq; ad frumenta pecudeſq; coemendas magnā pecuniæ vim ex ærario ſuo ipſe contulit.

1596. Decemb.

Legatus Perſicus Conſtantinop. venit.

Dum hæc fiunt, à Perſarum Rege Legatus in vrbem aduenit, comitatu tam inſigni tantiſque cum muneribus, cuiuſmodi ab hominum memoria nunquam alius ibi viſus fuerat. Præcedebant ſatellites centum, omnes ſericis tunicis talaribus, patrio more, amicti. Hos ipſe Legatus, Gubernator Calderiniæ (quæ regio verſus meridiem Georgianos conterminos habet, ab Occidente verò flumine Tygri alluitur) prænobili vectus equo ſequebatur; veſtis illi erat oblõga ex rubro holoſerico optimo, gemmis & vnionibus artificioſè picta. Poſt eum incedebant trecenti viri nobiles, Perſæ omnes, vno habitu, veſtimentis pubetenus ſuccinctis, tiaris ſpiriſque pretioſis. Hos ſecuti currus aliquot, quibus munera illa regia vehebantur, Excepta hæc legatio eſt à Principe Vezir & Baſsis nobilioribus, & ad regiam nouam deducta, vbi illã Mahumetes ad ſe admiſit, aduentuiq; multum eſt gratulatus. Ibi Serdar Legatus, multa de Rege ſuo præfatus, profectionis ſuæ cauſam expoſuit oratione longa, eleganti & Turcis pergrata, Cuius hoc caput fuit, Regem ſuum velle cum domo Ottomannica annorum aliquot inducias paciſci, ſi Mahumetes vltrò duodecim ciuitates ſuperioribus bellis Perſis ereptas, & tres arces ad Tygrim fluuium recens exædificatas,

tas, cum omnibus earum pertinentijs omninò reſtituat, velle è contra Perſum Turcis ad hoc bellum Vngaricum quinquagies mille exercitatos milites ſubmittere & ſuis ſtipendijs vſque ad belli huius exitum alere. Dona deinde adducta & Mahumeti tradita ſunt. Primum erat tentorium magnificentiſſimum intus diuerſis habitaculis diſtinctum, tantæ amplitudinis, vt extĕſum octo agrorum iugera occuparet, factum id erat ex ſerico coccineo, cui paſſim in laciniarum iuncturis aureæ laminulæ erant intertextę. Alterum octo periſtromata operis Perſici, in ijs ſingulari arte plerorumq; Turcicorum Perſicorumq; Imperatorum imagines conſpiciebantur, prælia etiam & res ab ijs geſtæ:tum gemmę variæ. Denique libri aliquot de arte militari doctiſſimi. His expeditis Baſſæ reliquique Aulici Legatum in palatium vetus, in quo hoſpitium illi erat inſtructum, honorificè ſunt comitati. Vbi cùm aliquot diebus quieuiſſet multaq; cum Baſſis interim & Sultani matre egiſſet, inducias dictis cōditionibus Mahumetem ratas habere intellexit. *Induciæ Turcarum cū Perſis.*

Circa id etiam tempus ab Angliæ Regina Legatus venit, is quid in mandatis habuerit ſcire necdum licuit. Ex munęribus, *Legatus Anglicus venit Conſtantinopolim.*

1597. Januar. quæ is Sultano obtulit, plurimis ſuſpicio orta eſt, Reginam clandeſtina conſilia cum Turcis inire. Munera fuerũt duo horologia aurea incredibili artificio perfecta, quorum alterum ad triremis ſimilitudinem fabrefactum, horas ſingulas ſonitu diſtinguebat: alterum progreſſus ſyderumque ortus & occaſus certis miriſque motibus imitabatur.

Dum ſic futuro bello Turca incumbit & ſuas vires nouis amicitijs firmat, Rudolphus Imperator noſter, ſuo honori orbiq; Chriſtiano minimè deeſt. Scripſerat ille paulò ante ad Electores Principes, reliquoſq; imperij ſtatus, & circulos conſcribi, conuentuſque haberi mandârat, quò communi conſilio de nouo milite cõſcribendo, & pecunijs contribuendis ſtatueretur. Ipſe hæreditarijs in regnis Bohemia, Auſtria, reliquiſque iam tum comitia celebrarat. In Hungarico indicta erant, ad quæ Archidux Matthias profectus, Februarij die viceſimo, quæ Cæſar vellet propoſuit. Conuentum poſt longas diſceptationes eſt, vt decies mille pedites, equiteſque in regno conſcribantur, ijſque ex ſubditorum collectis ſtipẽdia diſſoluantur. Quod ſi maioribus copijs futura expeditio, vel propter alicuius loci obſidionem, vel rerũ inſperata maiora pericula eguerit, promittunt

tunt ſtatus ſe omnes ad Cæſaris imperium militaturos. Si verò ipſe Imperator in Hungariam veniret, etiamſi ad maius diſcrimen, quàm hoc præſens eſt, regnū non adducatur, omnes tamen in caſtra eum ſecuturos. Imperij Principes de ſuis quoque ſuppetijs ſcribebant, & eas vti anno ſuperiore ingentes promittebant. Solus Saxonicus circulus mille equites offerebat. Colligebantur etiam Imperatoris priuata pecunia non exiguę copiæ maximè è VVallonibus. Pari diligentia Pontifex maximus in Italia delectum fieri curabat, omniaque ad ſacrum hoc bellum ſtudioſè comparabat.

Interea miles Chriſtianus Turcicuſque qui in hybernis, præſidijſque agebat, quotidie excurrere, velitari, prædas agere. Fuitque inter multas excurſiones ea maximè inſignis, qua Tranſyluani duos vicos hebdomadarijs mercatibus admodum iſto in tractu celebres, propè in conſpectu Temeſvvarienſium occuparunt, abactaque ingenti pecorum multitudine, incendio penitus deleuerunt. Illa quoq; Orskianorū excurſio propter variantis fortunæ ludibrium iucunda potius quàm clade aliqua data acceptauè, memorabilis eſt. Emiſerat Strigonio ſub finem Martij Petrus Orski cohortis peditum præfectus, aliquot ſuorum manipulos ſpeculatū, propoſueratq;

1597. Februar. Premium, ſi quem Turcam poſſent capere, ex quo hoſtium conſilia intelligerent. Hi lunæ beneficio vſi, Paxinque prætergreſſi, non procul Tolna nauim conſpicantur ad Danubij littus fixam. In illam ſe confeſtim conijciunt, captiſque vectoribus prædam quam valdè optimam inueniebant, in ſarcinas colligunt & rupto fune pedem retrò ferunt. Redeuntibus occurrunt ſexaginta Turcæ; noſtri ex ſua paucitate præſens diſcrimen metientes, præcipiti ſtatim fuga ad Danubium deferuntur, hos illi pari agilitate inſequuntur, & onuſtos, captiuiſq; impeditos ita premunt, vt aliquot captiuos deſerere & prædæ partem magnam abijcere cogerentur, quam illi interceptis inſuper tribus Orskianis, collegerunt, & quod reliqui ſingulari ſua fortuna Hippagonem nacti, ſe nobilioremque prædam ſeruaſſent, iter inſtitutum, læti hoc inopinato ſucceſſu, repetiuerunt. Sed & hi progreſſi paululum, obuios habuerunt ducentos Tartaros, qui cùm rapinæ partem depoſcerēt, illi verò, quod virtute & ſuo periculo fuerant conſecuti, ijs impartiri intrepidè recuſarent, ad arma deuentum eſt, commiſſumq; prælium atrox, eo euentu vt quindecim Turcæ, & Tartari ſeptem in ipſo conflictu caderent, plures vtrinque ſauciarentur, & Tartari aduerſarijs in fugā coniectis,

iectis, cũ omni præda Fevvlduariam, quæ Paxi itinere vnius diei abeſt, abirent. Verùm dum iſti de præda decertant, ex Orſkianis vnus, Petri Buccinator, diſruptis vinculis, arreptoque acinace cuſtodem ſuum obtruncat, & felici fuga Strigonium paucis poſt diebus euaſit, vbi præfecto ſuo hunc fortunæ luſum enarrauit, quem reliqui duo cõtubernales pari felicitate cum duodecim alijs captiuis elapſi & Strigonium poſt ſeptimanas aliquot reuerſi, confirmarunt.

Reficiebant per iſtos dies Agrienſes ciuitatem ſuam ſuperiore expugnatione plurimis partibus ſtratam, & foſſas valli mœniumque ruinis, & ingeſtis virgultorum faſcibus expletas, magna contentione euacuabant. Montem quem Teufenbachius obſidionis initio occuparat, duplici ſepimento intus terra repleto latè cingebant, plurimiſq; tormentis in eum conuectis egregiè muniebãt. Quæcunq; enim tormenta à noſtris ad Kareſtã hoſtis obtinuit (obtinuit autẽ omnia, præter duodecim curulia minora, quæ noſtri Caſchauienſes ad pagum Miſchgoltz, ſexto poſt noſtrorum cladem die nacti, ſuum in oppidum abduxerunt.) ea omnia Agriam ſunt introducta. Quorum tantus eſt, referente Muſtapha Baſſa Agrienſi capto, numerus, vt ar-

1597. Martius.

cis inferiorem aream prorſus complerint.

Per id tempus fama inualuit, ab coniecturis nō inanibus profecta, Mahumetem Turcarum Imperatorem omnia ad Viennæ, quæ Auſtriæ caput eſt, obſidionem cōparare. Augebant fidem ex Aſia recentes Budam, Albamquè ſubmiſſæ copiæ. Nam & Solnoccum auxiliares Tartarorum numeroſæ cohortes aduenerant. Præterea Baſſa Budenſis decimo die Martij, valida peditum equitumquè manu, multū commeatum, magnamquè pulueris nitrati & pilarum ferrearum vim, cum plurimis alijs iumentis ſarcinarijs Rabam intempeſta nocte immiſerat. Multi quoque Chriſtiani captiui, libertatem mercati, & Agria reliquiſque ex oppidis dimiſſi, eò quod annonæ tanta paſſim eſſet apud Turcas inopia, vt ſuis alendis vix neceſſaria ſufficerēt, vulgatam hanc famam confirmabant, omniaque ad inſignem aliquam obſidionem ab hoſte inſtitui nunciabant. Omniū verò maximè Viennenſes commouit capti cuiuſdam Turcæ & Presburgi in vinculis aſſeruati expreſſa in eculeo confeſsio, ſiquidē is conſtanter aſſerebat, Baſſam Budenſem veſte Italica mentitum Comitis Chriſtiani nomen & conditionem, Viennæ aliquot dies ſubſtitiſſe, vrbis ſitum luſtraſſe, excubias, munitiones, portas, propugna-

1597. Martius.

pugnacula conſideraſſe, ciuium animos, & de peruagato Mahumetis aduentu rumores exploraſſe. Senatus enim emiſſis apparitoribus, ſingulis ciuibus demum denunciarat, vt deinceps magis accuratam hoſpitum ſuorum rationem haberent. Sed & ipſe Archidux Matthias his inductus rationibus, decimum Aprilis diem indixit, quo cum Senatu Populoque Vienneſi de rebus quę ad ſalutem vrbis pertinerent, ſeriò ageret. Quo in conſilio ea fuit Archiducis ſententia, vt ſuburbia quę eſſent intra nouā portam, & eam quæ vulgo, das ſtuben Thor dicta, omnia ad ducentos paſſus ab vrbe diruerentur, & cum ædificijs etiam hortorum ſepimenta planè amouerentur. Senatus tamen multùm hîc interceſſit, & non ciuium fortunis ſolùm eam demolitionē grauem & maximè luctuoſam fore oſtendit, ſed toti etiam Chriſtiano orbi admodum pernicioſam. Nam & terrorem ingentem Chriſtianis illaturam, & confidentiæ plurimum addituram ferociſſimo. & ex ſuperiore Kareſtenſi victoria inſolentiſſimo hoſti. Spectare præterea ad tantæ vrbis decus, vt quam opinionem toti Europæ de firmitudine ſua, ſuorumque ciuium ſingulari virtute ſuperiori tempeſtate feciſſet, prę ſertim quādo Solimannus Mahume-

1597. Martius.

humetis huius proauus quinis Caſtris vrbem ita latè circumplexus fuerat, vt octena vndiq; ſuburbani agri millia paſſuum occupaſſet, eam nullo intempeſtiui timoris ignobili facto ipſi corrumperent. Matthias quamuis ea conſilia decora ſatis eſſe diceret, quæ dubijs rebus ſecuritatem promittunt, illa verò longè turpiſſima, atque etiam ſæpè miſerrima, quæ ab ipſa temeritate, dum inanem animi vigorem oſtentamus promanant, tamen pertinacibus illorum ſtudijs precibuſquè illo die ceſsit.

Tranſiluanus Albam Iuliam redit.

Exeunte Martio Sigiſmundus Tranſyluaniæ princeps Albam Iuliam redijt, Redeunti, ad primum lapidem Coniux multis cum cilijs, comitatuq; ſplendidiſſimo occurrit. Aduenerant eò aliquot diebus antè Bulgarorum Legati, & principis reditum fuerant præſtolati, quos ille poſtridie ad ſe in arcé admiſit, & perhumaniter exceptos cauſam profectionis explicare iuſſit. Legati audijſſe iam pridem aiunt, Bulgaros, & coram ſæpius etiam inſpectaſſe, qua felicitate atrociſſimos Chriſtiani ſanguinis hoſtes attriuerit, quantaq; cum nominis ſui cõmendatione innumeros Chriſtianos longiſſima ſeruitute preſſos vindicârit, veniſſe in non dubiam inde ſpem, ſe quoque ipſius beneficio ſæuum illud ducentorum amplius annorum iugum auſpi-

Bulgari deficiunt à Turcis.

cato

cato excuſſuros; Et quidem hoc eò magis 1597. Martius.
quod præclara animi ſui teſtificatione ipſum multis in locis commemoraſſe intellexiſſent, non dominandi libidine, neque imperij ſui dilatandi vllo propoſito hoc bellum ſuſcepiſſe, ſed pro Mundi redemptoris Ieſu Chriſti honore, quem canes iſti rabidi tot mille animarum miſerabili cum iactura iſtis in locis tam latè conculcaſſent, ſacra arma induiſſe. Chriſtianis ſe ortos eſſe, & ad Chriſtianorum ſacra animis oculiſque reſpectaſſe dudum. Verùm ita poſt perditam Baiazetis fatali prima fortuna libertatem, hoſtium inſuperabili potentia circumquaq; ſeptos, vix qui eſſent, ſignis, quiduè vellent, votis auſi ſint ſignificare. Sed mutatam iam ſortē ſuam videre, proinde precibus annuat ſeque in fidem ſuam & clientelam ſuſcipiat demiſsè orare. Operam ſuam illi in hoc bello maximo vſui fore, VValachis ſe Tranſyluaniſq; finitimos eſſe, ſi Temeſvvariam expugnet, ipſum Bulgarorum iuuentute in armis nata & multùm exercitata, ad quamcunque expeditionem vti poſſe. Sunt autem Bulgari Danubij accolæ, à VVolga fluuio Ruſſiæ qui apud veteres eſt Rha fluuius, olim in Myſiam inferiorem, quam adhuc habitant, delati. Gens admodum pugnax, & egregijs facinoribus antequam Ottomannorum

armis

1597. Aprilis.

armis ſubiugarentur, clara. Ab occidente Seruios habent, qui Myſij ſuperiores veteribus dicti ſunt, verſus Occidentem & Meridiem Thracibus Albaniſque iunguntur. Sigiſmundus iſto nuncio incredibiliter gauiſus, Legatis benignè omnia addixit, iuſſitque in procinctu ſint, & ſecum ad omnem rei bene gerendæ occaſionem inuigilarent.

Turca Trãſyluano pacem offert.

Vix Bulgari diſceſſerant quando Turcicus Legatus in Tranſyluaniam appulit. Mahumetes enim per Vezires ſuos & Baſſas perſuaſus, cum iſto Principe pacem, quibuſcunque tandem id poſſet conditionibus facere decreuerat. Conſiderauerant illi Sigiſmundi militarem ſcientiam, & in acie pugnandi ardorem, Tranſyluaniæ deinde opportunitatem, ex qua, ſi Cæſar pacem abnueret, (ſiquidem ipſi quoq; offerendam illam ſenſerant, quando cũ Tranſyluano prius tranſactum) cõmodiſſimè bellum geri poſſe, maximè cum Tranſyluano quieſcente, à VValachis & Moldauis nihil hoſtile pertimeſcendum foret. Mouerat illos præterea, belli diuturnitate penè exhauſtas ærarij vires eſſe, fortiſſimos quoſque cæſos, nudatas milite prouincias. Hoſtium verò vires ex continuato Imperij Statuum, & reliquorum Principũ Chriſtianorum ſtudio nihil imminui. Non dubita-

1597. Aprilis

bitabant etiam Perſas maiori contentione bellum redintegraturos, quàm ſuſceptum nuper deſeruerant, quia ſtare Mahumetem iam tum conditionibus pactarum induciarum nolle ipſi nouerant. His ex fœdere Georgianos, gentem Turcis ex innato odio infenſiſſimam, longoque ex ocio opibus admodum florentem, omni auxilio præſto futuros. Peſtem quoque & infectum aerem, quo ſuperioribus annis infiniti mortales perijſſent, adhuc Aſiam iuxta & Thraciam Macedoniamque miſerè affligere, & interire inſuper quotidie infinitam paſſim multitudinem fame ac inedia.

Denique omnium vehementiſſimè ipſos perculerant vatum, quos ſua lingua Santonos vocant & quibus mirè ſuperſtitioſè plenam fidem tribuunt, præſagia. Hi enim Turcici imperij inclinationem ex varijs diuerſiſque ſignis collectam publicè concionabantur. His igitur Baſſę moti cauſis, Imperatori ſuo pacem cum Tranſyluano præcipuè ſuaſerant, ne tot vndiq; incommodis impediti, tandem nouercante Fortuna, tá ampli, támque diuturni imperij poſſeſſione & gloria exuantur. Sigiſmundus Legatum dies multos detinuit, multaq; ſeorſim cum eo egit, prudenti vti compertum conſilio, quo Turca ſpe pacis lacta-

tus

1597. Aprilis.

tus, exercitum tardius educeret, vt ex Legato interim plura expiſcaretur.

Dum hæc fiunt, Budenſes accitis ex vicinioribus præſidijs, Tartaris auxiliaribus, in Nouigradenſem & Palanckenſem agrũ populabundi excurrunt, diequè ſeptimo Aprilis, Dominicæ reſurrectioni ſacro, eo in tractu, quatuor pagos diripiunt, abductiſque inde incolis omnique pecore Budam reuertuntur. Palanckæ præfectus, audito hoſtem adeſſe, quadraginta equitibus abeuntes eſt inſecutus, & poſtremũ agmen carpendo multos trucidauit, plures captiuos liberauit, & pręclaram rem eo die egiſſet, ſi quod ſperauerat, Nouigradenſes ei ſuccurriſſent, vel ſui pedites feſtinantium equorum celeritatem aſſequi potuiſſent. Poſt paucos tamẽ dies noſtri limitanei coierunt, & Buda ad ſuos diſcedentes Tartaros apud Ferolduariam ſine excubijs ſecuros multo clamore obruerunt, & captiuorum eiulatu & aſpectu ſqualido in iuſtum dolorem accenſi, tanto cum furore in eos cæſim punctimque ſæuierunt, vt in momẽto trecenti & amplius exanimes iacuerint. Redẽpti ſunt permulti captiui; inter quos ſeptuaginta impuberes, capti ſexaginta & omnis pręda recepta. Antẽ pugnam noſtri ſacramento ſe reciproco obſtrinxerant, non prius ad prædandum abire, quàm hoſtibus

ſtibus planè deuictis. Hanc victoriam conſecuti, Danubium nauigio traiecerunt & ad ſuos, nequicquam Budenſibus per elapſos excitatis, incolumes ſe receperunt. 1597. Aprilis.

Rabenſes Turcæ cum Comorrhæis circa id tempus quoq; in Danubio congreſſi, aliquot horis ancipiti pugna dimicarunt, victoria tamen penes Comorrhæos ſtetit; octo Turcæ capti, qui Sultani reditum in Hungariam vehementer à ſuis expectari referebant: Nunciatum eſſe, Sultanum bipartito exercitu Conſtantinopoli profecturum, vni Ciccalam Baſſam præfuturũ, cui obſidio Vienenſis ſit demandata. Cũ altero ipſum Sultanum in Tranſyluaniam irrupturum. Conſcriptos ter centies mille homines, & iam recenſitos.

Eodem menſe Aprili quinquagies mille Turcæ infra Belgradum ad Iſtrum conueniunt, eo propoſito, vt VValachiam quę ad Tranſyluanum defecerat, ferro ac igne deuaſtent; Sex Ianizarorum millia tribus in copijs præmittuntur, qui ex Tranſyluania itinera in Moldauiam & VValachiam obſideant; omnemque opportunitatem coniungendarum virium hoſtibus eripiant. Sigiſmundus per exploratores Turcarum conſilio & profectione cognitis, ſuos ſine mora colligit, luſtrat & aduentantibus primis Ianizaris occurrit; eoſque viui Dei *Turcæ ſui ſuis cæduntur.*

1597. Aprilis. ductu ita feliciter excipit, vt vix ſuperſuerit, qui reliquis ſuorum cladem nunciaret. Ijſdē auſpicijs Bulgari VVallachis & Moldauis iuncti, reliquas duas copias adorti ad internecionem deleuerūt.

Bulgaris hoc ſucceſſu animus additus, itaque præſenti occaſione vſi, dum exercitus hoſtium ad Danubium ſedet, munitiſſima quædam loca ijs extorquent, multaq; inſuper detrimenta quotidie inferunt.

Villacenſes quoque, & qui in Onoth, Palanka, Viuar, reliquiſque in oppidis & munitionibus degebant, nunquam non excurrere, frumentari, & ingentes prædas agere, quibus illi multum ditabantur & oppidanis abundè cōmeatus ſuppetebat. Soli ſexaginta octo Huſſari ex oppido Setzſchin, & Heiducci triginta quinq; Senderenſes, mille & quadringenta boum equorumque capita cum plurimis captiuis adduxere, poſtquam tres ſeptimanas obuagati, & notarum viarum beneficio omnes ſalui redijſſent.

Strigonieſes cæſis Turcis com meatum ipſorum intercipiūt. Illa vero Strigonienſium ſub finem Aprilis ſingularis fortuna minimè nobis prętereunda ſilentio erit. Intellexerūt illi magnam copiam frumenti & leguminū certo die Budam inuectam iri, quam vt interciperent Comorrha & Viuario turmas aliquot in ſpem ac ſocietatem prædæ accerſunt.

ſunt. His aucti ad inſidias proficiſcũtur. De quo Bellerbegus Græciȩ & Baſſa Budenſis pariter edocti, illico quam poſſunt maximam colligunt manum, & in ſuorum ſubſidium educunt. Educti ſunt mille ſelecti equites & tria illis addita minora curulia campeſtria. Vbi ad inſidiarum locum deuentum, ſtatim in noſtros tormenta ſunt exploſa, & concitatis ſimul equis ab omni latere, in eos maximis clamoribus irrutũ. Noſtri proditos ſe animaduertẽtes, & in ſola dextera ſalutem ſupereſſe, ita irruentes exceperunt vt ſe armis pellendos, non vlulatui & numero ceſſuros facilè oſtenderẽt. Durauit illud certamen amplius duas horas, in quo Baſſa ſuos omni loco cȩdi & trucidari videns, vt vitæ parcerent & in carceres abducerent noſtros precatus eſt; Illi è contra periuros & Maieſtatis reos fore vociferati, qui eo die vlli vitam ſeruaſſent. Occubuerunt plus minus quadringenti ipſo in loco, multi in flumen detruſi eiuſq; verticibus abſorpti, quorum defluentia, retro pendulis linteis ſuper aquam dilatatis, turbinata capitum tegumenta, multitudinis innatantium anſerum pulchram ſpeciem præbuerunt. Quinq; ſolùm capti, quos ad littus ſemiuiuos hȩrentes extraxerant, vt ab iis hoſtium occulta conſilia perdiſcerent; ſed & vnus ex illis paulò poſt expi- 1597. Aprilis.

1597. Aprilis. pirauit, Baſſa ſaucius & vehementer triſtis Budam elapſus eſt. Ceſſit noſtris commeatus omnis, & cum vno vexillo tormenta quæ diximus. Ex Chriſtianis ſepté ſolummodo interierunt. Reliqui victores Strigonium vigeſimo quinto Aprilis die regreſſi prædam ſunt partiti. Soli Comorrhenſes ex Oryzæ ſaccis, ſeptem amplos & ſeſquiulnam explicatam longos ſunt conſecuti.

Contrariam ſortem Salæ incolæ, Nadaſti ſubditi & Caniſchenſibus oppoſiti, iiſdé ferè diebus tulerunt. Pappenſes enim & Rabenſes Turcæ, ſedecim pagos exuſſerũt, duo hominum vtriuſq; ſexus millia & boum equorumque quinque millia abegerunt. Caniſchenſes hanc cladem vlturi, & quod iam pridem opportunam rationé quorundam ad Turcas ſpectantium ſummam perfidiam ſalubri exemplo puniendi expectaſſent, aſſociatis ſibi ex circumiectis locis aliquot equitibus, vt octingenti numerentur, in Raſciam abierunt. Raſcij nihil minùs quam noſtrorum irruptiones veriti, oſcitanter admodum excubabant. Ipſe quoque zigethenſis Begus peregrè aberat, inopinantes igitur oppreſſi & ſex illorũ pagi in fauillas ſunt redacti. Zigetho etiam diuerſis in partibus ignis iniectus, qui centum quinquaginta domos abſumſit,

1597. Aprilis.

ſit, octodecim Turcæ qui ad noſtrorum ingreſſum arma ceperãt, iugulati. Sexaginta tres homines intercepti & abducta mille quadringenta animalia.

Ad tantæ populationis famam excitati paſſim Turcæ, noſtros binis itineribus laxis habenis ſunt inſecuti, ad locum quendã vbi noſtris neceſſariò tranſeundum erat, cõtigerunt, ſed ſuo ipſorum damno, nam noſtrorum ſcloppetis non pauci transfixi & interempti ſunt, ipſi verò, præter duos qui agmen deſeruerant, omnes ſani Caniſcham redierunt.

Fevvlduaria oppidum eſt inferioris Vngariæ octo miliaribus infra Budam ſitum, aggere & foſſa vtcunque munitum. Huic arx egregiè fortis adiacet, in qua præſidiũ Turcicum impoſitum. Oppidũ hoc centum & octoginta tres Cæſariani Comorrenſes, clara die inuaſerunt, ciues qui in arcem non confugerant, trucidarunt, egeſtiſque ſpolijs incendunt. Arcem hi quoque occupaſſent, niſi eius diei continui imbres ipſos auertiſſent.

Circa finem huius menſis aliquot Chriſtiani equites in quoſdam Turcicos mercatores inciderunt, è quibus cum mercibus, quę aulęa erãt precioſiſſima multa & ſerica tela, tredecim Palanckam & Sethſciniũ abduxerunt, cæteris cæſis. Sedſcinienſibus in via *Turcicus Veredarius intercipitur.*

1597. Aprilis.

via veredarius Turcicus occurrit, plurimis cum litteris ad Baſſas, Begos & reliquos Sultani in Hungaria Officiarios, Præfectus Sethſcinij eum Gubernatori Strigonienſi miſit, inde Viennam venit. Præbuerũt iſtæ litteræ occaſionem denuo de Suburbijs Viennenſibus demoliendis conſultandi; Nam de Mahumetis aduentu, ingentibus eius copijs, Viennenſi obſidione varia nũciabant. Ipſe quoq; Imperator noſter Rudolphus circa illos dies Senatui ſeriò candem demolitionem mandauerat, & mœnia ac vrbis propugnacula maiori ſtudio vt reficerent & munirent grauiſſimè perſcripſerat. Etiam operæ conductæ erant, plurimaque inſtrumenta ad tantum opus cõparata, cùm ad ciuium ſingularem fortunam opportuna diſceptatio moueri cepta eſt, publiciſnè an priuatorum impenſis ædificia dirui oporteat. Interea enim dum ſuper ea re Suburbani cum Senatu altercantur & diſputando opus extrahunt, Venetijs alijſque ex locis certa nuncia Viennam perferuntur, Turcarum inducias cũ Perſis nuper factas omnino concidiſſe, quod ciuitates ad Tygrim ſuperioribus bellis ereptas, ſecus atque in tabulis perſcriptum, reſtituere pernegaſſet. Itaque Perſam bellum ſummo ſtudio maximiſque ſumptibus inſtruere, quæ res Mahumetani ori-

Induciæ Turcarum cum Perſis irritæ.

ni orientis imperij cura perplexum, ab inſtituta profectione dubio procul ſit auerſura. Annonæ quoque caritatem collecti exercitus expeditionem multum retardare, profectionis quidem ſignum viride nimirum vexillum ex arcis turri protenſum, ſed confirmandi potius ſuos & noſtris terrorem incutiendi conſilio, quam certo ex propoſito id eſſe factum.

Dum illa geruntur noſtri duces & noſtræ militiæ præfecti de recuperanda Raba varia conſilia ineunt. Ea enim quamdiu hoſtis in poteſtate ſit, præſens interiori Germaniç diſcrimen imminere manifeſto perſpiciebant. Deerant multa quæ ad obſidionem requirebantur, & aduentantis Sultani innumerabili cum manu, vulgata fama, eandem pro tempore adhuc diſſuadebat. Neque etiam dolo vel inſidijs locus aperiebatur. Conueniens itaque ratio viſa eſt, & expedita quoque ſatis ad victoriam, oportuna occupare loca, ex quibus cómeatus Rabam peruehendus intercipi, & commeantibus hinc inde Turcis itinera poſſint infeſta reddi. Dotis prima indicata quæ inuaderetur. Oppidum eſt inferioris Hungariæ, inſigni vallo & præalta foſſa munitū, arcem habés & in ea turrim egregiè firmā. Situs eius Danubiū inter & montes qui patria lingua Schiltberg dicuntur.

B. 4 Tran-

1597. Maius. *Dotis ſtratagemate occupatur.*

Tranſire eam Buda, Albaque regali Rabam proficiſcentibus neceſſe eſt. Bernſteinio Duci Legionario hoc negocium eſt demandatum. Hic cum Palphio Comorrham vigeſimo die menſis Maij profectus, inſtrumenta ad futuram impreſſioné confecta, nauigio imponit, cumque Pezio eiuſque militibus ſecundo flumine deſcendit. VVallones autem, & Commorrhenſes reliquique Vngari, qui ad hanc expeditionem ibi conuenerant, terreſtri itinere præceſſerant. Qui omnes circa vigiliam primam, oppidum Almos feliciter ſubiêre. Inſperata eo die tempeſtas incidit, quę Strigonienſes Chiauſcos, quo minus cum Cómorrhenſibus ex pacto coniungerentur, impedijt. Itaquę vigeſimo ſecundo Maij in dicto oppido commoratum. Excubiæ interim ſummo ſtudio inſtitutę, ne proditor exire, vel ſpeculator ſine diſcrimine ſuo accedere poſſet. Hora verò prima noctis, receptis iam paſſim auxiliaribus copijs, hoc ordine Dotim itum. Antecedebant tres equites linguam Turcicam optimè edocti, quos immediatè eſt currus inſecutus, quo machina diruendæ portæ deſtinata, quam barbarà voce Petardam appellăt, vehebatur, & cum eo Domini Bernſteinij milites, quibus commiſſum, vt machinam iſtam & quædam mortaria raptim promouerent.

1597. Maius.

In tertio ordine Hiſpani & VValloneſ e-rãt equites, quibus immixti viginti Vngari pedites ſcalas geſtantes, & pontes per quos ruptis portis in oppidum irruerent. Poſt hos ſelecti pedites quingenti, omnes ſub Pezio militantes, breuibus inſtructi gladijs; denique trecenti pedites ſcalis etiam & pontibus onuſti, qui auerſam oppidi partẽ inuaderent, vbi petarda admoueri cæpta. Agmen totum clauſerunt Germani & Itali. Scloppetarij autem & moskettarij, quos vocant, longo interuallo ſubſecuti, ne accenſa funalia, quæ obſcura nocte longè micant, inſidias proderent. Hoc ordine noſtri, deo duce, oppido appropinquauêre. Excubitores Turcæ illos ſubodorati, qui eſſent, vnde venirent, quò cogitarent, interrogant. Equites tres, qui præcedebant, vti erant inſtituti, Rabenſes eſſe, reſpondẽt, & Buda venire vehereque ſecum annonã, quam Achmai Aga, Baſſæ ſuo Salomager iam pridem ibi coemerat, velle ſe horas aliquot ſub oppido quieſcere, vt recreatis equis & iumentis, craſtina die poſſint ad reliquum iter commodius vti. Tunc excubitores, ne manè prius abeant, iubent, quàm Begæ locuti ſint. Id noſtri ſe curaturos, aiunt, habere ſe quoque literas ad Begam quas ipſi tradituri ſint. Dum hos ſermones cedũt, Petardam Bernſteiniani in pontem

1597. Maius.

trahunt, quo viſo, excubitores, quid, inquiunt, currus in oppidum inuehere moliantur, cum portas occluſas cernant. Noſtri id metu Haiduccorum fieri aiũt, quibus profectionem ſuam eſſe detectatam ſcirent. Tum illi, quam ob rem curribus tam longis vtantur, rogant, noſtri duos cõiunctos eſſe reſpondent. Ignis interea machinis admouetur, & Petardæ accenduntur. Fit ingens fragor, & pons penſilis cum porta ceu fulmine diſijcitur, noſtriſque ingreſſus latè patefit, Turcæ attoniti tanto & tam inopinato ſuo malo, ingentes clamores tollunt. Verũ Bernſteiniani ſtratis pontibus, quos ad hunc vſum adduxiſſe ſecum diximus, alacri impetu per ruinas in oppidum feſtinant. Eodem tempore & pari fortuna Bernſteinius & Pezius cum Haiduccis in alteram oppidi partem per ſcalas euaſerãt; magna vbique ſtrages edita, neutri ſexui, nulli ætati parcitum, decem Turcæ videntes ad turrim interiorem acceſſum ſibi interceptum, in foſſam ex mænium pinnis deſilierunt, quatuor ex his extracti, quorũ vnus fracta dorſi ſpina interijt, reliqui ſub ſcirpo latitantes, noctis beneficio elapſi ſunt. Iam cælum inalbeſcere & ſol oriri incipiebat quando præter turrim, oppidum cum arce, trucidatis hoſtibus tenebant. Miſſus itaque buccinator ad eos qui in eam

confu-

confugerant & deditio petita, quam cum detrectarent, Bernſteinius omnia tormenta quæ in propugnaculis repererat in obſeſſos conuertit, magnoque furore reiteratis vicibus exploſit. Verùm ea erat turris fabrica, vt pilis nequicquam moueretur. Mutato itaque oppugnationis genere, turrim corona inuadi iuſſit, milites accepto ſigno ardenter ſucceſſerunt, poſtremiſque primos humeris ſubleuantibus, ea prima impreſſione ſunt potiti. Interempti omnes ſunt præter Begam & quendam eius cognatum, captus hic quoque eſt famoſus ille Delli meni, qui nunquam noſtrorum ſanguine potuit expleri. Præda ingens reperta eaque omnis inter milites diuiſa, Peperit illa victoria Bernſtenio gloriã, Turcis vero non exiguum timorem attulit. Arx Pezio tradita eſt præſidiumque 800. peditum equitumque in ea impoſitũ, pontis & portarum ruinæ reſtauratæ & magna frumenti, omniſque generis cibariorum copia ex vicinis locis importata. Initio mẽſis Iunij Tranſyluanus per ſpeculatores certior factus hoſtem in procinctu eſſe, & quidem peditatum fines prouinciæ ſuæ contigiſſe, ſubitò nobiles & quotquot iam ante auctorarat, ad vigeſimum eiuſdem menſis in armis eſſe & Lippę conueni-

1597. Maius.

Turcæ cæduntur à Tranſyluanis.

re iuſ-

1597. Iunius.

re iuſſit, quò etiam triginta tormenta in ea & cados aliquot pulueris nitrati præmiſit, eo planè conſilio, ſi æquo loco hoſtem deprehenderit, collatis ſignis cum eo congredi, tãtum enim Tranſyluanis ſuis, quorum virtutem ſæpius perſpexerat, confidebat, vt Cæſarianis adhuc abſentibus, extremam belli aleam periclitari nihil dubitaret. Hoc edicto propoſito, ex VValachis, Moldauis, & Bulgaris non contemnendæ copiæ Lippam confluxerunt. Accidit autem, dum vndiquaq; Tranſyluani ad præfixum locum contenderent, vt ducenti equites qui Alba Iulia veniebant, in Begam quendam plurimis Turcis comitatum & Temeſvvariam ad diribitorium proficiſcentem, fortè inciderent, quos illi aggreſſi omnes ad internecionem deleuêre. Battorius quoque prope Iulam centum & ſexaginta Turcas cecîdit, & ſeptuaginta octo captiuos abduxit, qui torti & examinati, faſſi ſunt quater mille Turcas Iulam ex Aſia aduenìſſe, & venire indies ad confinia plures, eoſdem vno ore affirmare, Mahumetem ſeriò Viennenſem obſidionem & Tranſyluaniæ deuaſtationem meditari, ad quam rem potiſſimùm ponte iunctos eſſe Danubium & Sauum. In Seruiam quoque plurimas machinas & apparatum bellicum ingentem præmiſſum, Sultanum decimo quar-

Iunius.

quarto Maij bipartito exercitu Conſtantinopoli profectum, & iam tum tres Baſſas cum exercitus eius bona parte Agriam veniſſe.

Proditio Ianuſchij detegitur.

Sub finem menſis Iunij ipſe Princeps Lippam ingreſſus eſt. Præfectus vrbis erat quidam Geleſti Ianuſch, vir dextra promptus & in omni opere militari admodum felix. Ita autem opum amore dementatus, vt quicquid honeſtis artibus acquireret, id minus eſſe exiſtimaret ad auiditatem ſuam explendam, Itaque audendum aliquid decreuerat, quo vno tempore pares voto ac cupiditati ſuæ facultates pararet. Quare de prodenda Lippa & tradendis eius vrbis incolis, clandeſtina conſilia cum Chriſtiani ſanguinis hoſte inierat, & iã dies inſtabat, quo ad Lippenſium lanienam Turcis portę ex compoſito aperiendæ erant, cum ſcelerata illa conſilia principi Sigiſmundo omnino deteguntur. Qui proditore in vincula cõiecto primùm in Turcas profectus eſt, eoſque paſſim fudit & diſſipauit. Reuerſus deinde proditorẽ Geleſti quatuor in diuerſum nitentibus equis, manibus ac pedibus alligatum in fruſta diſcerpſit, eiuſque in locum Barbelium, toti exercitui acceptiſſimum, ſuffecit. Decimo quarto Iunij prima VVallonum legio, quam Schonbergius conſcripſerat, aliquot etiam cohortẽs

1597. Iunius.

tes ſecũdæ quæ ſub Domino de chaſteau Berchin ſtipendijs merẽt, Viennam viginti quatur nauigijs maioribus & quinque ratibus præternauigarunt. Vna ratis nautarũ temeritate contra inſurgentis contrarij vẽti impetum eam nequicquam impellentium ad breuia eſt retroacta & ſubmerſa, vehebantur ea cẽtum & quinquaginta VVallones qui omnibus fluctibus abſorpti ſunt. Reliqui omnes ad tria inſtructiſſimorum militum millia ſalui in ſuburbano Preſpurgenſi agro ſunt expoſiti. Hi rapinis ex ſolutiſſima diſciplina in Belgio aſſueti, ceu diripiendæ Hungariæ collecti eſſent, ita per pagos & vicos prædabundi ceperunt vagari. Tulit crudelitatem iſtam iniquiſſimè Marchio de Burgavv, itaq; Georgium de Baſta ſumma authoritate virum, ad compeſcendos inſolentiſſimos iſtos homines mittendum cenſuit, qui paucis exemplũ in ſuſpenſis effecit, vt iuſta conquerendi cauſa ruſticis adimeretur.

150. VVallones ſubmerſi.

VVallones prædantes puniuntur.

Decimo poſt VVallonum aduentũ die Bauaricę & Sueuicę legiones ibidem appulerunt.

Habebant id temporis Tartari ſtatiua ſua infra Budam, hi Danubium noctu tranantes, Viuarienſium & Strigonienſium equos quadringentos, qui ſecurè in proximis pratis ſine cuſtode paſcebãtur coegerunt,

runt, & capiſtris equis ſuis alligatos eadem via ad ſuos illæſi perduxerunt. Hanc contumeliam paucis poſt diebus Huſſari abundè vindicarunt, nam & caſtris & omnibus bonis Tartaros exuerunt, & qui fuga in paludes vicinas non elaberentur, in minutiſſimas partes diſſecuerunt. 1597. Iunius. *Tartarica ſi ab Huſſaris.*

Dotenſes quoque cum Palottam ſtratagemate fruſtra occupare tentaſſēt, montē Sancti Martini in poteſtatem ſuam redactum vaſtarunt, duobus Agis in captiuitatem abductis.

Vigeſimo quarto Iunij Commorrenſes audaci propoſito Albam regalē profecti, in ſuburbijs omnia ad libidinem geſſerūt, pretioſioreq; præda, raptis equis impoſita & ouium boumque ingenti multitudine coacta, omnes ſuburbanorum domos & ſtructuras exuſſerunt. Albani ex editioribus vrbis ſuæ locis omnem hunc actum quieti ſpectarunt. Eiuſmodi ſucceſſus ad amplioris prædæ ſpem Chriſtianos erigebant. Nam Tartaros Raſcioſque quos ad Betketh caſtra metatos didicerant opprimendos ſtatuerunt. Coiuerunt diuerſis ex locis equites peditéſque trecenti, qui ad hoſtem delati, imbrem illico glandium emiſerunt, reiectiſq; mox ſclopettis, imparatis territiſq;, gladijs incubuerunt, inermeſque porcorum inſtar, iugularunt. Ex noſtris *Suburbia Albæ regalis exuruntur.*

nullus,

1597. Iunius.

nullus, hoſtium verò quam plurimi perierunt. Reperta in caſtris iſtis ſunt pretioſa quædam aulæa, multæ veſtes ſericæ, auri etiam & argenti magna vis, equi pulcherrimi, & mille oues boueſque. Redeũtibus primùm occurrit Bega Satkatenſis, ſed is poſt aliquot horarum velitationes haud leui accepto damno, amiſſoq; vexillo ſuo inglorius retroceſſit: Deinde Baſſa quoq; Budenſis eos aſſecutus eſt, erant noſtri pręcedentibus ex prælijs multum defatigati, puluis præterea ſulphureus ferè omnis abſumptus, in extremum itaq; diſcrimen adducti videbantur, verùm illi nihil à vigore ſuo remittẽtes, recepta omni præda in medio, fortiſſimè barbarorum impetum ſuſtinuerunt, donec nox certamen dirimeret. Hic ex noſtris ſedecim deſiderati ſunt, & boum ouiumque media pars amiſſa.

Tauſchat occupant noſtri.

Tauſchat vicus eſt in quem ruſtici proximis ex pagis merces ſuas venales important. Huic caſtrum adhæret, non tam firmum, quam frequenti mercatu iſto opulentum, VVardinenſes rati, ſi illo potirentur, rem ſe facturos, ducenti itaque & quin quaginta, facturi periculum ad vicum, ante ortum ſolis accedunt, Quieta omnia aduertunt, irruunt & iniecto igne incendium excitant. Turcæ in tanta rerum perturbatione ad caſtrum contendunt, ſed pauci id ſubie-

ſubierũt. Noſtri hoc ſucceſſu animis aucti, ad Caſtrum quoque pergunt, ſublatiſque clamoribus illud inuadunt,& ſuperant. Cęſi primùm quotquot deprehenſi, mox à ſanguine ad prædam, quæ opima ſatis obtenta, conuerſum. Solnoccenſi Begæ de noſtrorum profectione iam innotuerat, & ex itinere,id quod res erat,cõiectauerat, proinde regredientes ex inſidijs adoriri, cum ſuis exierat. Velitatũ toto die eſt,pars prędę Turcis recepta,duo ex noſtris interempti, reliqui omnes ſalui, VVardinum cum reſiduo reuerſi.Turcę qui Kyral vicinam arcem tenebant,quando Tauſcathenſium fortunam intellexerunt, arcem ipſi concremarunt & ſe in tutiora loca receperunt.

Turcæ noſtris cibaria præripere conantes cæduntur.

Quotidianæ hæ clades hoſtibus ſummũ dolorem afferebant, quem vt lenirent,tentandum aliquid putarunt. Fortè tres cohortes Comorrhenſium ſub illos dies cibaria Dotim inuehebant,id vbi per exploratores Turcæ didicerant, tempus cenſuerũt veniſſe,quo noſtris talionem aliquam rederent. Magno itaque conatu in inſulam vulgo die Schutt dictam excurrunt, obuia paſſim cædunt,rapiunt, vinciunt. Vnus ex captiuis aufugit,venit Comorrham, hoſtium immanitatem narrat,Haud mora,Comorrhenſes equos frenant,ſternunt,ſinguli pe-

1597. Iunius. li peditem retro ſe recipiunt, adapertiſque portis, plenis, quod dicitur, velis hoſtes inſequuntur. & mox conſequuntur, concurritur, ſed Turcis dorſa obuertentibus, clypeis illorum parcitum eſt. Ceciderunt aduerſis vulneribus omnes, qui in fuga ſalutẽ non inuenerunt, præda recepta & captiui liberati. Pappam hiſce diebus multos onuſtos currus Turcæ inuexerunt, & viginti præterea colubrinas geminas, quod iſti loco multum ab obſidione timerent.

Calamitas Conſtantinopolitanorum. Atque ea quidem hoc tempore in Hungaria Turcarum fuit fortuna, ſed in ipſa vrbe regia multo maior calamitas. Vulgus enim annonæ penuria, Sultanus ipſe Ianitzarorum ſeditione, & omnes pariter irati Dei manifeſto indicio vehemẽtiſſimè perterrebantur. Neque enim annona, quàm anno ſuperiore, vilior erat; Et Ianizari, q^d^ præter modum, valorem monetæ Mahumetes auxiſſet, tumultuabantur. Media autem & clara die, cùm nubecula toto cœlo nulla conſpiceretur, ipſum diſpaſſum eſt viſum, & ex eo denſiſſimus radius igneus in turrim euibratus, in qua puluis ſulphureus erat reconditus. Accenſus puluis tanta violentia erupit, vt quinque viciniores turres & plurimas accolentium Iudęorum domos ex fundamentis euerterit, penituſq; cum inquilinis exuſſerit. Famelicos quidẽ ventu-

ventura propediem meſſis ſolabatur, & commotos animos Mahumetes, reducta veteri nummorum æſtimatione, ſedauerat, verum offenſum numen quî placarēt, nulla ſagacitas, nulla vis humana viam aperiebat. Decretæ quidem ſupplicationes & indicta ieiunia, ſed eadem nihilominus conſternatio pectoribus inhæſit. Iunius.

Dum hæc in Hungaria geruntur, Gallus ad Ambianum cum exercitu validiſſimo ſedebat. Certabatur vtrinque ſummo ſtudio, ſummaque contentione. Hiſpanus vrbem iſtam Arteſiæ tutandæ & infeſtandi Galliam peropportunā, quam fœlici auſu ſine ſuorum ſanguine ceperat, retinere; Gallus fœdè amiſſam recuperare, & ex regno hoſtem eijcere laborabat. At S. Pauli Comes, qui antè Ambiano cum imperio præfuerat, quàm illud Hiſpano cederet, ex priuato quodam dolore, ita trahi bellum, & tot tantiſque cladibus milites Gallos affici, multum cruciabatur. *Pugna inter Gallos & Hiſpanos de Ambiano.*

Audendū itaq; aliquid ſtatuit, quo animi ſui ægritudinem, & ereptæ vrbis inuidiam mitigaret. Comparatis ergô ſcalis, alijſque neceſſarijs inſtrumētis, turmas aliquot & cohortes ex ſpectatæ magis confidentiæ legionibus, ad ſuos recipit, & cum ijs in Artheſiam ad vrbem Tornacum, luna ſilenti, aereq; turbido, proficiſcitur, ſcalas *Tornacum à Comite S. Pauli fruſtra inuaditur.*

1597. Martius. expedire & in foſſam ſe demittere militem iubet. Parent illi quidem, ſed dum in aduerſam partem eluctari nitũtur, ſtatim excubitores eos ſentiunt, Qui ſclopis vncatiſque & maioribus tormentis in hoſtem exploſis, momento vrbem totam ad præſentem calamitatem arcendam excitarũt. Comes inſidias ſuas detectas cernens, receptui ſignum dedit, & ad ſuos optimorum militum graui cum iactura in caſtra redijt.

Dux quoque Bulloniæ, vt hoſtem, qui coire ad ſoluendam obſidionem ferebatur, diſtineret, & præterea itinera à flumine Moſa in Hannoniam periculoſa redderet, Caſtrum quoddam antiquum & penitus collapſum, cui nomen Reuin, ex ſuis ruinis reædificare & munire inſtituit, eoque breui ſtructuram prouexit, vt inde hoſtis arceri, & circumuicini Namurcum vſque ad contributiones poſſent cogi.

Albertus videns Bullonij conatus ſuis Belgis valde exitioſos fore, & quo diutius otioſè eum ſpectet, hoc magis vires eius & ſuorum periculum accreſcere, Lodouico de Valaſco quater mille in armis bene exercitatos milites, & curulia quædam tormenta minora tradit, iubetque eat & ædificantes Gallos quàm citiſſimè interturbet. Ludouicus, luſtrata prius loci natura & arcis ſitu, à molendino, quod ante reſtauratam

tam arcem erat, & ab hoſte diligenter cu- 1597.
ſtodiebatur, oppugnationem cenſuit au- Martius.
ſpicandam, eò quod inde, tanquam edito
& arci vicino ex loco multum obſeſſis de-
trimenti poſſet inferri. Illud igitur feria *Hiſpani*
quinta ſeptimanæ ſanctæ inuaſit & obtinu- *Gallos ca-*
it, propugnatoreſque omnes interemit. *ſtrũ Reuin*
Mox ad arcem copiæ admotæ, oppugnari- *readificã-*
que illa acriter cœpta. Ter Hiſpani repul- *tes cadũt.*
ſi, quarto verò impetu à ſtationibus ſuis
Gallos in templum quoddam reiecerunt,
ex quo illi aliquot horas ſe peruicaci vigo-
re defenderunt, ſed tamen Hiſpanorum
continuatis aſſultibus, indefeſſaque oppu-
gnatione ad eam laſſitudinem ſunt acti, vt
deditionem certis legibus offerrent. Ve-
rùm Ludouicus licitare conditionibus de
victoria, quam in manu iam habebat, indi-
gnum ratus, vehementiùs hoſtibus incu-
buit, perforatiſque muris & valuis effra-
ctis, templum occupauit, cæciditq; quot-
quot ibi offendit, quos fuiſſe numero ſex-
centos memorant, ſolum gubernatorem
Simarienſem & duos notæ nobilitatis vita
donauit.

Expeditio verò Bullonij in Lutzelbur- *Lutzelbur*
genſem ducatum, multo illi felicior fuit, *gẽſium &*
Nam Iuois oppidum expugnauit, & ex op- *Arthefia-*
pidanorum lithro ingentẽ pecuniam col- *rorũ agros*
legit, rapuitque pecorum incredibilem *Galli depo*
C 3 multi- *pulantur.*

1597. Aprilis. multitudinem. Cardinalis quidem quinq; virorum millia ad coercendam hoſtis libidinem eò miſit, ſed ſuorum miſeriæ ſalutem non potuerunt afferre, infectaque re in Brabantiam redierunt. Similis cum Lutzelburgenſibus fuit Artheſianorum qui ſancti Pauli oppidum & circumuicinos pagos incolebant, calamitas, nam & illi à Gallis cæſi, capti, omnibuſq; fortunis ſunt exuti.

Proditores Galliæ puniti. Detecta ſunt hoc tempore multa diuerſis in locis clandeſtina conſilia, inſidiæ, & machinationes. Inſidiatum præcipuis ciuitatibus regni Gallici Cuius rei cõſcij proditione adaperta, ſunt in carceres abducti & rigidiſſimè examinati, conuictiſque cõdignæ pœnæ irrogatæ. Inter illos fuit Gubernator noui caſtri, vnus ex parlamenti Pariſienſis Præſidentibus, Conſiliarij regij aliquot, & Capuzinorum ordinis religioſus, qui quoque omnium rerum, quas cum Duce Mercurio Cardinalis vnquam tractauit, certam habuit notitiam, fueratque eorum Principum fidiſſimus internuntius, Alij præterea maximæ authoritatis, ſummique loci viri. Pariſijs centum incarcerati, torti & in quatuor partes plerique diſſecti.

Abbauillam Hiſpani Gallorum quorũdam incolarum conſilio & ope ferè tenebant,

bant, ſed tempeſtiuiùs quàm totus exercitus introiſſet à ciuibus deprehenſa proditio, qui arma induti, cataractis demiſſis, ingreſſos ad vnum omnes conciderunt.

Iidem Steinvvichum quoque Phryſiæ orientalis oppidum, turribus vallo & foſſis, ad omnem incolarium ſecuritatem bene obſeptum, noctis hora tertia, mille & ducenti numero acceſſerunt. Quingenti per altiſſimam foſſam emerſi vallum iam occupabant, reliquis ſenſim ſuccedentibus quando inſidiæ patefactæ ſunt. Contigit enim non ſine prædeſtinata Steinvvichenſium fortuna, militem vnum excubitorem, totam illam noctem, ex graui dentium dolore, reliquis omnibus altum ſtertentibus, inſomnum agere. Is annitentium ſtrepitus murmuraque inaudiens, hoſtem aduertit; nec mora, dormitantes ad arma, tympano arrepto, excitat. fit vndique concurſus. Hiſpani cominus eminuſque oppugnantur, defendūt illi ſe fortiter, valluma; in quod audaci propoſito euaſerant, inuiti deſerūt. Verùm cum cæteros, qui foris erant, ſubſiſtere, obiectoſq; ſe periculo aſpectare ſolùm viderent, deſperata victoria, eadē quà venerant viâ retro incipiunt cedere. Interière iſta in fuga quàm plurimi fortiſſimi milites, capti duo Capitanei & Legatus vnus, in vniuerſum ducenti deſiderati.

Steinvvichū ab Hiſpanis fruſtra oppugnatum.

1597. Aprilis. *Hollandi infeliciter Vltraiecto & Grauelingæ inſidiantur.*

E contra Ordinum milites Vltraiecto inſidias parârant, iuuabantur quorundam ciuium litteris & ſtudio, eorum quindecim, proditione incaſſum tentata, periuris omnibus perfidiſque triſte exemplum præbuerunt. Grauelingam quoque Flandriæ celebrem portum Iuſtinus claſſis Præfectus iiſdem artibus occupare, improſpero tamen ſucceſſu conatus eſt.

Ordinum militiæ Præfecti, cum Imperatore ſuo ineunte vere conuentum agebant Arnheimij, in quo de bello æſtate futura gerendo, diſputatum. Quæ hic ſententiæ euicerint, & quorũ rationes approbatæ ſint, hiſtoricæ noſtræ relationis continuatio infra ſuis locis explicabit. Miſſi 24. veterani & viarum admodum periti, in comitatum Naſſouienſ. Haſſiam & VVeſtphaliam, vt recens ibi conſcriptum militem per tutiora itinera in Hollandiã Geldriamuè ducerent. Exercitus interim ex hybernis Heideini & apud oppidũ Bommel vndiquaque conueniebat. Parabantur quoque paſſim multa, & noſtris ante inuiſa inſtrumenta, qua de re varij varia diuinabant, plerorumque opinio erat, loco alicui munitiſſimo inſidias ſtrui, quam exitus comprobauit. Nam ad Syluam Ducis inuadendam hoc cum apparatu exercitus ductus eſt. Sed præuiſa tela cum minus noceant,

Ordinum expeditio in Syluam Ducis irrita.

Aprilis.

ceant, Sylvæducenſes quoque ſe iſta expeditione peti coniectantes, omnes hoſtium rationes facilè eluſerunt.

Similiter Hiſpaniarum Rex Philippus in Italia nouum exercitum conſcribebat. Mediolani in Lombardia quater mille, in Vrbinenſi ducatu bis mille, in Lucenſium territorio mille, Neapolitano autem in regno duodecies mille ſacramento ſunt obligati. Coegerat Rex ingentem auri vim ad exercitum ſuum Belgicum ſuſtentandum, actumque cum Auguſtanis mercatoribus, vt quadragies centena millia coronatorũ Cardinali certis temporibus dinumerarẽt. Conſtruebatur eo tempore Coloniæ, Cõfluentiæ, in alijsque Rheni ciuitatibus inuſitatum & planè nouum genus nauigiorum, pontonibus tamen magis ſimile, niſi quod prora & puppis cum coſtis laterumque ſtaminibus æqualiter eminerent. Qui Schenckianæ munitioni præſidio erant, eas naues ſibi parari arbitrantes, nouis ſe operibus, nouiſque propugnaculis egregiè obuallarunt.

Rex Hiſpan. in Italia conſcribit exercitum.

Decimo ſexto Aprilis die Galliarum & Nauarræ Regis Legatus Romam venit, vrbemque comitatu ſplendidiſſimo, Conſtantinopolitanum Patriarcham inter & Dominum d' Ambrun medius, qui ipſi cum honoratioribus pontificię aulæ admi-

Rex Gall. Pontifici ſua obſequia per Legatum defert.

niſtris obuiam iuerant, eſt ingreſſus. Incedentem populus Romanus fauſtis acclamationibus ſalutauit, frequenſque ad hoſpitium deduxit. Poſtero die ad Pontificé admiſſus, orationem longam & elegantem habuit, qua, cum prius ſeram hanc & opinione diutius procraſtinatam obedientiæ ſignificationem, petitis ab occupatione bellica rationibus expurgaſſet, calumniantiumque iniectas ſuſpiciones, quaſi Rex ſuus, contra nuper pacta, nouum cum Angla Statuumque Hollandiæ ordinibus fœdus iciſſet, refutaſſet, Regis ſui Henrici quarti Regnorumque Galliæ ac Nauarræ nomine, Pontifici ſedique Apoſtolicæ, vſitata verborũ formula, DEBITAM OBEDIENTIAM PRAESTITIT, omniaque ſua officia obtulit dedicauitque.

Grata Pontifici Curiæque Romanæ iſta Legatio fuit, ideoque peramicè & ſingulari cum teſtificatione ſui in Gallos, Galliæquè Regem Studij, Legato, Franciſco Luxenburgico Principi, Duci Pincio per Oratorem reſpondit oblatamque obedientiam perbenignè acceptauit. Quia verò Nauarram Legatus meminerat, reſpóſum: Accipere quidem Pontificem eius quoq; regni oblationem, optimam in partem. Verùm quando etiam Philippus Rex Catholicus, eiuſdem regni titulum, à prædeceſſori-

ceſſoribus ſibi ſuis traditum, vſurpet, nolle ſe ipſius iuri hac acceptatione quicquam præiudicatum derogatumque eſſe. 1597. Aprilis.

Idem Rex cum regni ſui adhuc ancipitem ex Religionis diuerſitate mutuaq; ſubditorum diffidentia ſtatum conſideraret, Caluinianorumque quotidianis pro libera fidei ſuæ profeſſione ſupplicationibus defatigaretur, hoc eodem tempore nouas ad firmandam tranquillitatem conſtitutiones publicauit. Et quidem Religionis vſum exercitiumque iſtis in vrbibus liberũ impeditumque ſanciuit, in quibus ea iam vigeret colereturque. Præterea tres ſingulis in prouincijs ciuitates deſignauit, quæ eadem libertate gaudeãt. Comitibus quoque & Nobilibus qui ſuis in ditionibus merum mixtumque imperium tenẽt, conceſſa, ſuo pro arbitrio, publicè concionandi & ſacramenta adminiſtrandi poteſtas. Reliquis verò Illuſtribus & equeſtris ordinis viris permiſſæ quidem in domicilijs ſuis conciones, ne tamen vno tempore plures quàm triginta homines congregentur. In metropolibus verò & regni primarijs Vrbibus Pariſijs ſcilicet, Rothomagi, Tholoſæ, Lugduni, Aureliæ, Burdegaliæ, & ſimilibus, vnam omnino Catholicam Religionem coli vigereque mandauit, nullumque, intra ſecundum dicta-

Hen. IIII. Hugenotis multa pro Religionis ſua libertate indulget.

rum

1597.
Aprilis. rum vrbium lapidem, alterius dogmatis vſum vlla ratione tolerandum. Porro, vt in iure dicundo, Iudicum affectus, auerſæque à Caluinianis voluntates præſenti eiuſdem factionis pari authoritate mitigarentur continerenturque, inſtituit in Aquitania & Gallia Narbonenſi binas Cameras; vbi cum Catholicis quidam Caluiniſtæ Iureconſulti præſideant. Pariſienſis verò & Rothomagenſis cæterorumque Parlamentorum ac Iudiciorum veterem morem & formam immutare, grauiſſimis de cauſis, noluit. In ipſa tamen Pariſienſi vrbe forũ eſt apertum, in quo cum duodecim Catholicis ſex Caluiniani ſuper omni contractuum & ſucceſſionum genere cognoſcãt. De ſubſtituto Regij præſidentis Caluiniſtico. Item Aduocato, Scriba, Apparitoribus, ex ſuis Religioſis, ad Parlamenta adhibendis, quæ Hugonottæ poſtulauerant, nihil indultum. Ad honores tamen & dignitates Religionem nemini obeſſe debere ſtatuit. Promulgatis his, alijsque nouis cõſtitutionibus, Caluiniſtæ plurimum ſunt recreati, vtque ad ampliora Regis animum ſibi deuincirent, ſuppetias maiores ſponte ad Ambianenſem obſidionem continuandam promiſerunt, quàm ex communi ſtatuum obligatione tenebantur.

Circa

1597. Aprilis. *Alcumiſta Stugardiæ ſuſpēdutur*

Circa id tempus Dux VVirtenbergicus Alcumiſtam quendam, qui ipſum pluresque antè illuſtres viros, iſtorum hominũ more, turpiter deceperat, in crucem egit. Erat is ex Morauia Aurifaber, abiecto quidem & humili loco natus, ſed corporis ingenijq; donis tantis ornatus, vt maior ſua fortuna & conditione omnibus appareret. Nam & animi quædam iſti inerat magnitudo, qua dotes, quibus ipſum natura cumulauerat, egregiè oſtentare & oblatum honorem generosè amplecti & tueri ſciebat. Vtque conceptam de ſe vulgi opinionem ſuſtentaret, Georgium Honavver, filium Baronis & Domini in Brunhouen & Grobeſchutz Moraui ſe dicebat, veniſſe ex ſolutiore viuendi ratione, in patris ſui maleuolentiam, peregrinandum ſibi eſſe donec paternus animus leniretur. Idque de vero dicti Baronis filio verum eſſe impoſtor ſciebat. Differebat magna cum libertate de rebus varijs, multa in ſuo exilio vidiſſe obſeruaſſequè aiebat, vt parentis odio lætari potius, quam indolere poſſet. Nam & benedictum illum multiſque expetitum potius, quam obuentum lapidem Philoſophorum reperiſſe, quo rerum ſpecies vertere & contacta metalla in aurum permutare, adeoq; Naturam ipſam ſuperare poſſit; deeſſe ſibi, præſenti ſtatu ſuo, faculta-

tes

1597. Aprilis.

tes experiundæ artis, olim toti orbi patefactum iri, Alcumiſticam nó otioſorum hominum ſomnia & delirantium fabulam eſſe, ſed ſolidam ſolidiſque rationibus & experimentis innixam ſcientiam. Dux, cuius animum nouus hic Saponiſta mirè occuparat, cuncta credit, omniaque ad ſperatos auri cumulos acquirendos neceſſaria ſuppeditat. Voti compos impoſtor, fornaces extruere, carbones conuehere, folles inflare, magnoque apparatu magnas ſpes excitare. Verſatur omnium in ore, obſeruatur, colitur Et quo maiores turbas facit, hoc largius illi Dux argentum aurumquę ſuppetit. Iam aurei fœtus & Benedicti lapidis admirabiles creaturæ expectabantur: nec lactari Princeps vana ſpe, neque credi falſi fictique Natales diutius poterant. Itaq; ad proximum quoddam oppidum profectionem ſimulat, vbi vlterioré materiam cóparet. Aſſumit famulum vnum qui omnis ſui doli fraudiſq; erat conſcius. Is enim ex Morauia à Domino in Brunhouen ad Ducem cum litteris venerat, de reduce vel rediuiuo filio ſuo, quem vti multorum annorum ibidem miniſter probè nouerat, inquiſiturus. Qui quidem primo quoq; acceſſu hunc, quem puerulũ, ephæbum, Aurifabrũ nouerat, cuius patrem, patriam domum & conditionem non ignorabat, re-

cogno-

cognouerat, ſed largitionibus & amplis promiſſis inductus omnia diſſimulârat. Cũ hoc itaq; manè abit, paululumq; digreſſus, plenis vt dicitur velis aufugit. Baronem hunc cum ſecundo neque tertio die reuerſum Princeps intelligeret, ſuſpicari primũ, mox etiam palam dubitare. Tandem patefacta fuga eſt, patefacti ſimul doli, ſtatus, flagitia. Emiſſi illico, qui fugientem retrahant, propoſitaq; deprehendenti trecentorum aureorum merces. Fit inquiſitio ſeria; diſcurrunt equites pediteſque per vniuerſam Germaniam, donec tandem in Comitatu Schavvenburgico deprehenſus captuſque ſit. Ibi infelix Midas in curru vinctus ponitur, & authoritate litterarum publicarũ VVirtenbergici, Stutgardiam, non ſine ignominioſiſſimis ad eum videndum paſſim accurrentium conuicijs, reducitur. Vbi tantiſper in abiectiſſimo carcere detentus fuit, donec ex corio inaurato veſtis illi fieret, Equè ferro, auro pariter notho tincto, patibulum fabricaretur, in quod perſonatus ille Baro & miſer Cacochimicus cum famulo ſuo ſuſpenſus, ludibrium & fabula totius orbis eſt factus. Stulti ſanè homines, qui Naturam ſuis inuentis ſuperare conantur, cum illa omni Arte fortior ſit, multiſque paſſibus humanas diſciplinas poſt ſe relinquat. Miſeri quoq;

qui

1597. Aprilis.

qui impoſtoribus iſtis fidem habent, maioreſque diuitias ſe conſecuturos in hydrargyrio ſperant, quàm Natura præſtat in auro.

Seditioſi Ruſtici in Auſtria occupant cœnobium Lilenfeldt.

Nec dum Ruſticorum in Auſtria ſeditio penitus erat ſopita. Ciſdanubiani quidẽ & Moraui plerique, ad publicatam vigeſimo tertio die menſis Februarij datam à Cęſare fidem, promiſſamque grauaminum moderationem, arma poſuerant, domumquè ad conſuetos labores reuerſi, quietè delegatos expectabant, qui ſuper querelis ſuis cognoſcerent. Turnefeldenſes quoq;, vicinis ſuis in agro Krembſenſi à Colonithſchianis fuſis fugatiſque, pacatius hucuſque agebant. Sed qui ad mõtem Küberg & iſto in diſtrictu habitant, rurſus ſub Martij finem coiuêre, & armis ſumptis Monaſterium Lilenfeldt hoſtiliter inuaſère. Abbas eo tempore, profectus Viennam, aberat, qui annonam in plurimos annos parcè collegerat, quam iſti agricolæ per ſummum nefas petulantiſſimè diripuere. Mille quingentæ vini vrnę & octoginta butyri metretæ, præter frumenti ingentem copiam, in caſtra auectæ. Monachorum tantum vitę parcitum. Eandem fortunam Geminga cænobium tulit, templi enim ornamentis auulſis colliſisquè, cætera omnis pretioſior ſuppellex prædæ expoſita, cibaria

Geminga cænobium ſpoliatur.

ria verò & vina luxurioſè intra cœnobij ſepta ſunt abſumpta. Ad famam nouæ iſtius Rebellionis Turnefeldenſes iterum, & qui S. Theoboldi incolunt, omni metu depoſito iterum ad arma concurrêre. Atque perfidiæ ſocijs ardorem ſuum nobili aliquo facinore probarent, mittunt qui tormenta ab ipſis petant, quibus conceſſis, Abbatiam Melck, anno ſuperiore fruſtra tentatam, maioribus ſe viribus oppugnaturos promittunt.

Interea Marackſius ſuis cum equitibus in regione Mannhartzbergenſi adhuc morabatur, iamque iſtius loci ruſticos diuerſis in pagis malè mulctatos ad quietem & officium feliciter reduxerat. Anteſignanos enim iſtius diſceſſionis, à reliquis vltro vinctos traditoſquè Viennam miſerat, iſtis qui fuerant proximi & in ſeditione paululum feruentiores, vtramque aurem præcidi demandauerat. Quo ſupplicio, fœdoq; ſuorum ductorũ intuitu, tantum reliquis metum incuſſerat, vt ad ſolius equitis conſpectum, decem ruſtici, damarũ iſtar, ad ſyluas & dumeta aufugerent. Coegerat præterea eoſdem Rebelles publicis documentis fateri, ſe iſta ſua ſeditione & periurijs, vitam ac fortunas omnes commiſiſſe, meritoſque crucem & diras quaſquè pœnas: Quarum tamen veniam, mera & ſingulari

1597. Aprilis. clemẽtia Domini ſui VVentzelai Marackſij Naſſouij, poſt ſupplices ſuas, aliorumque preces & interceſſiões obtinuiſſe. Proinde ſe ſanctè promittere nullas in omnẽ ætatẽ coniurationes & turbas poſthac facturos.

His in regione hac ſic conſtitutis, & audito, à ſupra memoratis nouas coitiones ſeditiosè fieri, ac loca quædam hoſtili furore occupata eſſe, ilico ſuos colligit & rectâ ad tumultuantes cótendit. Delatus ad pagum Ottenſchlag, audit Ruſticos prope oppidũ Bockſtall in pagũ Newkirchen agminatim cõfluere, ingentemq; turbã iam cõueniſſe. Itaq; Matthię Hẽrico Comiti à Thurn mãdat, ſuis cũ duabus turmis noctu in pagũ iſtũ irruat & oſcitãtes adhuc & ſecuros opprimat. Paret Comes & ſub mediũ noctis pago appropinquat, pręmittit peditũ manipulos tres, q ingreſſum explorent & excubias. Quos cũ rebelles aduertiſſent, ſtatim in eos ſuos ſclopettos, ſine tñ vlla Marackſianorum læſione emittunt. Ad quorum fragorem Comes, qui ſenſim præmiſſos ſequebatur, in pagum magno cum impetu & clamore ruit, obuios ſternit, capit & vincit. Rúſtici iſtum ardorem videntes, abiectis armis, in vicinã ſyluam ſe recipiũt, noctisq; beneficio in latebras ſe abſcondunt. Periere pauci, octo ad Marackſiũ viui perducti. Receptæ hîc ſunt machinæ bellicæ,

cum

cum tribus yncatis bombardis, quas ex arce Berckſtall nuper expugnata ruſtici rapuerant & ſecum huc abduxerant. Quas cũ quibuſdam alijs tormentis maioribus hac pugna obtentis in eandem arcem Marackſius remiſit & ſubterraneo in loco concamerato ibidem aſſeruari mandauit, donec Cæſar, ad cuius fiſcũ pertinent, de illis præcipiat. Marackſius interea, cùm in arce Ottenſchlagh hæreret, per ſuos exploratores cognôrat, Peſenburgi, (quod oppidum ante aliquot menſes Ruſtici deditione ſuperârant:) primarios huius periculoſiſſimi tumultus conueniſſe. Itaque Præfectũ loci clàm euocârat ad ſe, eique de capiendis authoribus iſtis conſilia & mandata dederat. Pręfectus occaſioni intentus, 2. Aprilis die, cùm dilapſos, emiſſosq; pleroſque ruſticos qui oppidũ tenebant, videret, ciues ſuos animat, & operã præſtẽt, monet, qua exitioſiſſimo iſto & internecino bello Auſtria liberari, Cęſarisq; ſingularis gratia promereri poſſit. Haud mora, cõcurrunt illi, & cuneo facto, in domũ, in qua primores iſti cõuiuabãtur, irrũpunt, Georgiumq́; Braun Sartorẽ, oĩs ſeditiõis primum Ducẽ primò capiũt cũ filio q Tympaniſtẽ agebat. Mox Hanſonẽ Schauffler Vigilũ Pręfectũ & Italũ quendã hominẽ inquietiſſimũ, cohortis prætoriæ ſigniferũ, Grembſerũ quoq; virũ

Primarij totius ſeditiõis antesignani capiuntur.

1597. Aprilis. ſeptigenarium &inter ſuos opulentiſſimũ, alioſquè cóplures, quos præfectus rerum capitalium prætori ſingulari cura cuſtodiendos tradidit. Poſtero die Marackſius ipſe oppidum Bockſtall ingreſſus, captiuos arctiſſimè vinctos nauigio imponit, Viennamquè Archiduci Matthiæ mittit. Dum hæc Marackſius agit, venit ad eum veredarius ex Aniſia inferiore cum litteris, ex quibus Tranſdanubianos ibidem omnes ad arma rurſum ſpectare, & iam frequentiſſimos apud Sancti Hyppoliti oppidum coiuiſſe, intelligit, moneturquè ſine mora aduolet, quô nouis acceſſionibus augere vires rebelles impediantur. Vt igitur & iſtos adhuc imparatos diſſiparet, Comitem de Thurn cum ſuis equitum alis præmittit, ſecuturus vbi iſtum circa circum tractum omnino pacaſſet. Comes ſuperato Danubio rectâ ad Seditioſorum caſtra tetendit. Qui quidem accepto ſigno arma induêre, aciequè inſtructa Marackſianos expectauere. Ruſticorum erant quinque millia, pedites omnes, econtra Comitis equitatus cẽtum tantum & quinquaginta viris conſtabat. Bellicoſi quidem ſed tantæ multitudini omnino impares. Aliquoties tamen cóglomerati, Rebellium ruſticorum aciem turbare tentarunt, ſed reſtitêre Agricolæ fortiter, & continua pilarũ grandine equites

Tranſdanubiani in Inferiore Aniſia iterum rebellant.

repu-

repulêre, velitati tamen cum Ruſticis ſunt horis tribus, eorumque quadraginta occidêre, plures ſauciauere, ex equitibus duo ſaltē non lethaliter vulnerati. Iam Marackſius Viennam venerat, de Aniſianis iterum tumultuantibus perdomandis, cum Archiduce cōſilia initurus. Adhuc vnum ex ſuis equitibus Comes ablegârat, qui cōflictum eiuſq; euentum ipſi & regionis ſtatum explicaret. Quibus ille perceptis, peditū centuriam vnam equitibus ſubſidio ad Comitem mittit, inſecuturus vbi dimiſsionem ab Archiduce obtinuiſſet.

Interea Ruſtici ſuperiore ſua conſtantia inſoleſcentes, receptiſque vndiquaq; confluentium deprauatorum hominum innumeris copijs, Sancti Hippolyti oppidum, in quo Cæſareæ Maieſtatis delegati ad ruſticorum querelas iudices ſubſiſtebant, obſidere, ſuo in conſilio decernunt. Et mox ad obſidionem arma comparant, vallo quoque & foſſis ſua caſtra munire, quô tutiores ab omni impreſſione ſint, inſtituunt. Timere rurſum tota Auſtria, & euerſionē ſui ominari. Sed Deus, qui poteſtati à ſe conſtitutæ inſolenter reſiſtentes deſerit, ex inopinato omnem hanc Ruſticorum colluuiem ſine ferro & ſanguine diſſipauit, omneſque illorum conatus imbelles & ſibi ipſis exitioſos eſſe iuſſit. Accidit enim, dum

ſic obſidioni futuræ incumbunt, magnoq́; apparatu magna moliuntur, quoſdã mercatores, alioſq́; viatores qui Viennã cogitabant, horumq́; ſeditioſorũ metu ſe ad 30. plus minus conſociarant, iſta caſtra infra tres bombardæ ictus ſub prærupta ſylua tranſire, & à vigilibus cõſpici, qui Marackſium putantes contra ſe toto cum exercitu venire, cõcitato curſu, Marackſium aduentare, eorumq́ue ceruicibus iam iam imminere nunciant. Ruſtici Marackſium audientes, metu ferè examinati, nõ caſtra ſolùm ſed arma & veſtes etiam linquunt, & in vicinas ſyluas aufugiunt. Comperta deinde vani timoris cauſa, quiſque ad villas ſuas & tuguria reuertitur, & iam de recõciliando Cæſare conſilia in medium ferunt, cõcluduntq́ue ſeductores capiendos, vinctoſq́; Cõmiſſarijs Cæſareis, quos in S. Hyppoliti oppidũ appuliſſe diximus, tradẽdos. Moxq́; viginti nouẽ apprehenſi, catenisq́ue ferreis nexi, Cõmiſſarijs ſiſtuntur. Reliqui ſupplices veniã precati obtinuerũt, datã prius ꝑpetuæ deinceps obediẽtiæ cũ ſolemni iuramento fide.

VVilhamſpergius ſeipſum interficit. VVilhalmſpergius quidã hac in regione iſtam ſeditionem excitârat, cæteriſq́; ad omnia tentandũ anteſignanus & dux fuerat. Is ſui belli exitum hunc videns, deſperabundus infelici animæ ſuæ violentis manibus exceſſum quæſiuit.

Aprilis.

Superioris Aniſiæ ſeditio feliciter ſopitur.

Pacata ſic inferiore Aniſia, ad ſuperiores Aniſianos, qui ſuaſore & duce quodã Victore, cui Machtgraber nomen erat, etiã in armis erant. Marackſius cum exercitus ſui maiore parte proficiſcitur, eoſque pari felicitate & celeritate domitos ad officium reduxit. Multis enim paſſim trucidatis, multiſque vicis & pagis direptis, qui ſupererant, ad demerendam Marackſij gratiam, victorem & quoſdam alios ipſi offerunt, ſupplicesque temeritatis ſuæ neglectæque fidei condonationem rogârunt.

Atque ita ſingulari DEI prouidẽtia Ruſticum hoc & ſeruile bellum, quod non Auſtriæ ſolũ, ſed toti orbi Chriſtiano exitiũ portendebat, mẽſe hoc Aprili feliciter & ſine memorabili clade eſt confectũ. Ortum illud ex impotenti quorundam Nobilium & Dynaſtarum dominatu, cui ſe ſubducere ruſticis viſum fuit veniſſe tempus. Cæſarem enim grauiſſimo bello contra communem Chriſtiani ſanguinis hoſtẽ occupatum, ſuo ex ingenio nõ poterant credere vllum exercitum cõtra ſe in paucorum Nobilium gratiam educturum; Dominis verò ſuis ſolis multò putabãt ſe ſuperiores eſſe. Quod ſi tamen Cæſar immiſcere huic negotio ſe velit, ſuoſque Dominos tuendos ſuſcipere, cogi & Cæſarem poſſe fuerunt ab Anteſignanis perſuaſi, neque

enim ſubmiſſis à ſtatibus Imperij ad Hungaricum bellum auxilijs per uiam Auſtriam, neq; ſubuectoribus commeatuum tuta itinera, ſe tumultuantibus, fore. Iamq; vicinæ nationes, Morauì, Bohemi, Carni, Styrij, alijque intenti, ſucceſſum huius Seditionis obſeruabant, neque dubitare eſt, ſi initijs Fortuna fauiſſet, quemlibet iſtarũ gentium flagitioſiſſimum ad hos confluxiſſe, latèque malum ad Germaniæ interitum extenſum fuiſſe. Verùm Cæſaris auſpicijs, virtutique ac conſilijs Marackſij numen viſque Dei adfuit, qui Magiſtratus coli vult & obſeruari, Tyrannoſq; precibus domari & vitę in melius conuerſione. Quandoquidem in comperto eſt, ſæuos dominatus à ſummo Rectore & Domino permitti & conſtitui, quoties Subditorum malitia & impietas venit emendanda, tollique vbi pro iniuſtitia pietatem, pro iniquitate virtutem colunt. Tum enim Deus ipſe, non homo iſta flagella (quorum loco Tyrannis vtitur) in ignem abiecta comburit.

Sedstio operarum in Auſtria.

Ruſticum bellum eo igitur modo finitum noua excepit ſeditio meſſorum aliorumque Mercenariorum in pagis vicíſque Mödling/ Peterßdorff/ Baaden/ Zingerßdorff/ Gumbelkirchen/ alijsque in oppidis & mercatibus Auſtriæ, qui veteri mercede

labores

labores detrectauere, maioremque armis popoſcêre. Conuenerunt duo hominum millia. Matthias Archidux, vt naſcens hoc malum in ſuo ſtatim ortu ſupprimeret, Nobiles euocat & in armis eſſe ad vigeſimum octauũ Aprilis certo in loco mandat, iiſq; cohortem peditum ſubſidio mittit. Qua recepta, nobiles, qui trecẽtos equites coegerant, poſtridie ſub crepuſculum Baaden pagum inuadunt & dormiẽtes adhuc obruunt, armiſq; exutos, authores cogunt deſignare, quod illi, vt vitam redimant, haud inuiti agunt, ſeptemq; & quinquaginta, quorum incitamento & haud intermiſſis concionibus ad arma tranſijſſent, produnt. Ex quibus ſex cum Tympaniſta ſtatim ſuſpenſi, reliqui Viennam miſſi & ad publicas operas condemnati.

Ex agris iam pagiſque profligata videbatur rebellantium proteruia & domeſtica tranquillitas vbique reuocata, quando Viennæ in ipſa Auſtriæ Metropoli noua coitio nouique motus oriebantur. Ex commiſeratione illi cauſſam habuêre. Vulgus enim quotidiana illa nuntia de huius belli & tumultus ruſtici occaſione, ſucceſſu & euentu inaudiens, dolore primum agricolarum vicem, qui totum licet annum, omnemque adeo ætatem duriſſimis laboribus exercentur, quibus otioſos dominos *Seditio noua Viennæ.*

1597. Aprilis.

ſuos in luxu & libidine alant, tamē inexplebilē iſtorum cupiditatem ſic nondū exatiare poſſe, quęrere iſtos miſerorū hominum etiam ſanguinem, quo ſe oculoſque ſuos paſcant, incuſare deinde Nobiliū quorundam tyrannidem, qui in ſubditos ſe ſuperbiùs gerant, quàm ipſe Imperator & potentiſſimi Romani Imperij Principes, meminiſſe illos meritò debere, ſtatu ſaltem & natalibus differre à reliquis, fore diē, quo cū cæteris mortalibus in ordinem redigantur & ſæui dominatus ſint pœnas iuſtas exoluturi. Et hæc quidem illi quotidiè dictitabant. Diebus autem feriatis alijsq; ab opere ſucciſiuis horis ad Danubij ripam inambulantes, ſpectanteſq; deſuper ligatos aduehi inque carceres abduci ſeditioſorum antiſtites & authores, indigna conuicia in Marackſium effundere, diriſque imprecationibus eius caput deuouere minimè verebantur. In eiuſmodi igitur delirantis plebeculæ commotione, euenit 18. die menſis Aprilis Marackſianos nauim onerariam varia ſuppellectile ruſtica: (nam illa omnis vndique militibus prædæ ceſſerat,) benè repletam ad oram appellere, accurrunt primùm malè feriati, mox vnus poſt alterum inſilit, vectores exturbant, omniaq; in prædam conuertunt. Piſcatores quidam (quorū in hac turba magna fuit frequētia)

con-

 Anno 1597. Aprilis.
conſpicati tinam & capſulam corio obductam beneq; obſeratam, & ex grauitate pecuniam eſſe incluſam cōiectantes hanc ilicò aperiunt & nummos diripiūt, illam verò in eſſedum raptim conijciūt & abducūt. Vehebantur eadem naui duo grandia vaſa vini, quæ cum bibendo euacuare nō poſſent, extractis ſpinis turpiter & flagitiosè profudêre. Hoc tam audax & in Repub. libera pernicioſiſſimi exēpli facinus, prætor vrbanus omninò puniendum, iſtosque effrenes nebulones in ſuo Tyrocinio, ne vſu & confluxu deteriores euaderent, ſupprimendos, ſtatuit. Itaque aucto Lictorum Stipatorumque numero, occaſioni inuigilat, qua in flagranti facinore trāquillitatis publicæ violatores iſtos deprehēdat. Nec mora, dies vigeſimus eiuſdem menſis eam offert. Cum corbita enim alia ſimilibus ſpolijs onerata alij milites ſecundo flumine dicto die deſcendebant, quam equitū turma pro ſecuritate comitabatur. Hanc inuadere, & in prædam agere rurſum illi annitūtur, verùm prætor, ab equitibus contra vim imploratus è veſtigio accurrit, & obuium quemque in vincula mittit, ex quibus poſtridie quatuor ſuſpendi iubet. Inquiſitionem deinde accuratiſſimam in piſcatores facit, qui ante biduum ex altera naui, tinam cum argento rapuerant,

1597. Aprilis.

rant, & viginti quinque iſtorum incarceratos, florenis aureis quinquies mille mulctat. Ex qua animaduerſione omnis poſtea compaſſio in plebe rurſus conquieuit, & ſuis in officinis quiſque deinceps ſe continuit.

Maius.

Authores ſeditionis ruſticorū ſupplicio afficiūtur.

Pace ſic reſtituta, rebellantiumq; authoribus Viennam iam adductis, ſæuéque examinatis, ſub Maij menſis initium viginti & vnus, commemoratæ Seditionis præcipui Duces ad ſupplicium ſunt educti, colliſisque rota cruribus & brachijs, palis præacutis transfixi & in aerem ſpirantes adhuc & ſemiuiui ſublati. Reliqua autem captiuorum turba, quæ quingentorū & amplius virorum eſt, in Leonum foſſa (quam vocant) adhuc aſſeruatur, ex qua multi indies ſqualore & morbis miſerè pereunt.

Exercitus ruſtici Imperator generalis Sartor & ciuis Emmerſdorffenſis fuit, cui nomen Georgius Brunner, homo quinquagenarius. Fuerat is iuuenis Iudicij Peſenburgenſis Apparitor, progreſſu verò, iſto in tractu Cloacarius & Canicida, tandem ab his improuidis & miſeris hominibus ad imperatoriam dignitatem euectus, quod ad omnia audendum nouiſſent proiectiſſimum. Hic Imperator, aliorum Imperatorum imitatione, quendam Martinū Oſvvaldum Gerlin Neſslingenſem, con-

ditione

 1597.
Maius.

ditione Lanificem, equitem auratum creârat, quod Carlſpachum & Ipſis oppida perfidè occupaſſet, veriſque Dominis eripuiſſet.

Porro Ruſtici ex vicis oppidiſque ſupipliciter perfidiam ſuam patrataque facinora deprecati, eorum quidem veniam à Dominis obtinuêre, verùm profiteri publicè crimen & meritam capitis fortunamq; omnium amiſſionem prius ſunt coacti, cum ſolemni iuramento de non amplius rebellando, cuius formam ex eo quod Lytſchauienſes ſuo domino præſtitêre, placet ſubijcere.

Nos N. N. omnes & ſinguli ditionis Litſchauienſis ſubditi, fatemur noſtro totiuſque communitatis noſtræ nomine. Poſtquam Sathanæ inſtinctu, prauorumq; hominum ſuaſionibus ducti, Illuſtri ac Generoſo Domino, Domino VVenceslaô Marackſio à Naſſavv, Baroni in Lytſchaw/ Cæſ. Maieſt. Conſiliario in militaribus, & inferioris Aniſiæ Defenſori generali, &c. Domino noſtro clementiſſimo, obedientiam, quam ipſi naturali ac hæreditario noſtro Domino iure debebamus & iuramento promiſeramus, ſine vlla iuſta cauſa, vllaque accepta iniuria non modò detrectauimus, verum vitæ ipſius, fortuniſq; omnibus inſidiati clanculum, & ſumptis armis

apertè

1597. Maius.

apertè rebellando interitum ſcelerate mo-
liti ſumus. Quòd eam ob cauſſam ſuæ Ge-
neroſitati pleniſſima ratio fuerit, propter
quam nos, coniuges, liberoſque noſtros
exquiſitiſſimis tormentis ſubijceret, extre-
miſq; ſupplicijs afficeret, omniaque noſtra
bona fiſco addiceret. Cuius nos grauiſſimi
facinoris enormitaté iam tandẽ agnoſcen-
tes, recolentesq; actionũ noſtrarũ petulan-
tiã & fœditatẽ, dolorem in animæ noſtræ
intimis viſceribus maximum concipimus,
ſuamq; Gen. propter Deum & Chriſtum
eius veniã perfidæ noſtræ rebellionis, om-
niumq; quæ iſta durãte perpetrata à nobis
ſunt, ſuppliciter & humiliter rogamus, fir-
miter & ſanctè ꝓmittentes, quod in poſte-
rũ Gen. ſuæ, eiuſq; hæredibus & ſucceſſori-
bus perpetuò debitã obedientiã præſtare,
ab ea nunq̃ diſcedere, neq; alijs cauſam ab
ea diſcedẽdi præbere, multò minus ad de-
fectioné incitãtibus moré gerere velimus,
ſed Generoſi dñi noſtri, eiuſq; hæredum,
præfectorũ etiam ac miniſtrorũ imperata
vltrò & perpetuò ſimus facturi. Promitti-
mus præthereà ꝙ ſeductorum noſtrorũ &
Rebellionis Authorũ nomina edere, & pœ-
nam quã Gen. ſua nobis ea propter impo-
nere volet, obediẽtiſſimè ſufferre velimus.
Quæ omnia & ſingula nos, noſtro & cõmu-
nitatis noſtræ nomine erectis ex dextera
manu

manu duobus digitis iuraméto, quod huic recognitioni inſertum immediatè ſequitur, ſanctè confirmauimus. Nos N.N. Sanctiſſimę & indiuiduæ Trinitati, Patri, Filio, & S. Spiritui iureiurando promittimus & ſpondemus, quod ſupra memorata omnia & ſingula, quæ nobis de verbo ad verbum prælecta & benè percepta ſunt, perpetuò, ſyncerè & irreuocabiliter velimus facere & præſtare. Sic nos Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. In cuius fidem & æternam memoriam rogauimus circumſpectos & prouidos Dominos, Conſulem, Iudicem, & Senatores Oppidi Lytſchaw (qui in noſtram diſceſſionem rebellionemque, nunquàm licet ſæpius ſollicitati, conſensêre,) vt maiori ſui Oppidi ſigillo hanc publicam noſtram atteſtationem, confeſſionem & recognitionem munire velint. Quod nos Conſul, Iudex, totuſq; Senatus dicti oppidi, illorum rogatu inducti feciſſe fatemur. Actum in arce Lytſchaw, decimo quinto die Mar. anno milleſimo quingéteſimo nonageſimo ſeptimo.

Viennæ interdicũtur profectiones ad hæreticorum conciones.

Iampridem Archiduces Auſtriæ, grauibus de cauſis, vnius tantùm religionis exercitium ſuis in hæreditarijs prouincijs admittendum concluſerant: neq; enim tranquillitatem, animorumque coniunctionem eſſe diuturnam intelligebant, vbi diuerſa

1597. Maius. uerſa ſacra eſſent, & diuerſis ritibus ac pugnantibus opinionibus Deus coleretur. Itaque Viennenſi quoque in vrbe Catholica ſolùm officia in templis exerceri mandârant. Cum autem ciues alijs doctrinis imbuti, illa auerſarentur, ad pagos oppidaq; Viennæ proxima, vbi Auguſtana celebratur Religio. Lutheranique ſuum dogma feſtis & dominicis diebus ex ſuggeſtis docent, in ciſijs & rhedis frequentes proficiſcebantur. Matthias Archidux, hoc intellecto, verituſq; ne ab iſtis coitionibus noua ſeditio, nouumq; bellum exiſteret, Maio menſe edictum publicauit, quo ſub capitis pœna, omniumque bonorum confiſcatione profectiones iſtas & concionum, quæ in pagis Enkendorff / Radaun & alijs fierent, frequentationes ſeueriſſimè interdixit. Eandem quoque pœnam ijs denunciauit, qui domi natos infantulos ad Lutheranorum baptiſmata peregrè ſint exportaturi, vel nouos coniuges ab iſtis concionatoribus copulandos extra vrbem educturi. Detinuit edicti ſeueritas Viennenſes, multoſque menſes in officio eos continuit.

Mendoza redit à Cæſare Bruxellas. Franciſcus Mendoza Admirantius Aragoniæ redijt hoc menſe Coloniam, poſtquam annum integrum in aula Imperatoris ſubſtitiſſet. Habuit in comitatu ſuo Camelos

melos quatuor, equos octoginta pulcherrimos, quatuor inſuper & decem mulos clitellarios. Huic Senatus Colonienſis magnos honores exhibuit, diſcedens verò in Belgium, Fridericus Comes de Monte & Ferdinandus Lopez Arcis Kerpen, Præfectus, equitumq; Magiſter obuiam proceſsêre viris mille ſelectiſſimis & quingentis. Hic Legatus inter alia ſibi commiſſa in mandatis habuit, Maximiliernam Caroli Archiducis filiam Regis ſui filio Philippo Tertio in coniugẽ depoſcere, easq; nuptias apud Imperatorem tractare. ANNO 1597. Maius.

Eodem menſe Marchioni de Ponte filio Ducis Lotharingi, ſoror Henrici quarti Galliarum Regis, eiurata prius Hæreſin Caluini, eſt deſponſata. Qui vtriq; Principi à conſilijs ſunt, multum putauêre hanc affinitatem ſtabiliendæ paci, quam non ita quidem Rex cum Duce, poſitis armis, fecerat, profuturam. Quas nuptias vt conficeret Marchio, Pariſios venit ad Regem decimo & quarto die menſis Maij, vbi paucos dies moratus, Naſſum reuertitur ad ſolemnitatem futuram ſe comparaturus. Nuptiæ Lotharingi cum ſorore Regis Galliarũ.

Exeunte Aprili induciæ nuper inter Gallum & Ducem Mercurij pactæ expirârunt. Quas in ſex menſes Dux iterum ſub Maij initium prorogauit. In quam proro- Induciæ inter Galliæ Regẽ & Ducem Mercurij.

Anno 1597. Maius. gationem tamen Plauettæ præfectus vt cõſentiret, adduci nulla ratione potuit. Multi quoq; nobiles viri illam per ægrè ferentes à Duce ad Plauettenſem abiêre.

Iam Legati Regij & Subaudiæ Ducis poſt longas de pacis legibus diſceptationes infecta re ad ſuos principes quiq; ſe recepêre. Memorantius quidem & Dux Namurſius egregiè pro pace allaborârant, verum Rex nihil ratum iubebat, niſi ſubaudus poteſtatem conceſſiſſet, Hiſpanos in Belgium euntes in Subaudi ditionibus liberè aggrediendi oppugnandiq;. Quam permittere cum ille nulla ratione vellet, conſultatio exijt irrita. Itaq; in Delphinatu rurſum collectæ copiæ, delectus habitus & ad bellũ omnia gnauiter comparata. Alphonſus corſus ingentem pecuniæ vim Lugduno ad Ladigheram belli ſubaudici Imperatorem, virum impigrum & pugnacem aduexit, qua veteranis ſtipendia ſoluta, cæteraque ad tantum bellum neceſſaria inſtructa. Nec ceſſauit interim Subaudus, Limitaneis enim arcibus, oppidisq; validè munitis, numeroſas vbiq; copias, quas Ladighuerio Guiſioq; ſigna educturis, obijceret, coëgit. Militabat illi Franciſcus Martinengo Italus, vir acer, & rerum bellicarum peritiſſimus qui nouem millia peditum & equites nongentos, delectu

habito,

habito, recenſuerat. In ducatu verò Medrolanenſi Philippus Rex magnam manũ iam pridem conſcribi mandârat, & in Heluetia quater mille auctorati erant. Hos duce Ioanne Mendoza Ibero, Rex Subaudo genero auxilium mittebat. Colligebantur quoque in Caſtilia à magno Conneſtabile equites pediteſque, ad hoc bellum, iiſque Petrus Mendoza præfectus eſt. Ladiguerius autem videns magnam rei benè gerendæ oportunitatem in celeritate eſſe, quod ſubaudo non ſufficere intellexiſſet ad vim arcendam pręſentes copias, & auxiliares nouas adhuc in Hiſpaniis & Italia ꝓcul abeſſe, hoſticum indicta profectione petit, Briantoq; oppido & arce vi expugnatis, S. Ioan di Moriene munitiſſimũ locũ, quo Lombardis Italisq; in Galliam & Burgundiã euntibus iter eſt, deditione capit. Inde ad ſancti Michaelis arcẽ exercitus ductus, morsq; omnibus denunciata, ni adapertis portis Gallicum pręſidiũ eueſtigio excipiant. Qui arcem tenebant, ſuis viribus, properoq; auxilio diffidentes, imperata fecêre. His confectis Ladiguerius Schamberenſem agrũ ingreſſus, cuncta faſtauit, omnesq; metu cõpleuit. Ciues ꝑſens exitiũ conſpicati, cum Ladiguerio tranſegerunt, ut acceptis decẽ coronatorũ millibus, ſuos fines excederet, vrbemq; & agros

ANNO 1597. Maius.

ANNO 1597. Maius. ab omni vi & populatione tutos redderet. Sic pactus exercitum in Subaudiam, ex Pedimontano ducatu abduxit.

Primum agmen erant octingenti equites. Illi per prærupta & tortuoſa itinera in vallem delati, inciderunt in Subaudici peditatus partem, qui in pago ibi quodam ſubſiſtebat, maioresq; vires ad auertendam irruptionem hoſtis expectabat. Cum his ex improuiſo prælium initum, cæſi ducenti, cæteri pedites omnes profligati. Inde progreſſi, multisq; paſſim captis & occiſis ad fauces montium caſtra ſunt metati, eo conſilio vt Hiſpanos, quos propediem deſcenſuros in Belgium intellexerat commodè exciperat. Verum illi per exploratores tempeſtiuè, hoſtem adeſſe moniti, alia via elapſi, Gallos fefellêre. Aliquot tamen cohortes, inſidias Galli reueritæ apud Emanuelem remanſêrunt, eiusq; ſtipendia tres menſes meruerunt. Ladiguerius de Hiſpanorum profectione certior, in Subaudos rurſum aciem obuertit, occupatisque aliquot ignobilibus locis, Aquabellã oppidũ egregiè vallo mœnibusq; cinctum cui arx ſupereminet, præſidio turribus & gnaculis admodum valida, obſedit & poſt iteratos ſepe aſſultus feliciter ſuperauit. Hinc ad caſtrum quoddam Lizeræ fluuio ab Emanuele recens impoſitum, quadrin-

gen-

gentisq; pedibus firmatum ſuum exercitũ duxit, tormentisq́; admotis, murum, quẽ ex ſaxo duro valde craſſum Dux circũ extrxuerat, poſt repetitos ſine intermiſſione ictus diuerſis in locis diuerberauit ſtrauitque. Defendêre obſeſſi ſe fortiter, primosque Gallorum aſcenſus illata magna clade repulêre, ſed poſt quartum tamen, quintumque aſſultum illorum ardori cedentes, ſe caſtrumque Ladiguerio dediderunt. ANNO 1597. Maius.

Emanuel tantam hoſtis alacritatem & felicitatem, ſuorumq́; cladem & puſillanimitatem quotidiè inaudiens, exercitum in Subaudiam ex Pedimontano mouit, ſecundoq́; ab hoſtium caſtris lapide conſedit, certo propoſito, poſtquam Hiſpanos, Italos, Heluetiosq́; qui aduẽtare dicebantur, recepiſſet, collatis ſignis cum hoſte decertandi. Verum Ladiguerius omnes in Subaudiam acceſſus ita obſederat, vt ſine cæde auxilia recipi poſſe, impoſſibile appareret. Itaq́; Duciſſa duos veredarios & poſt illos nobilem ſpectatæ fidei & induſtriæ Mediolanum ablegat, adminiſtrisq; Regijs ſignificat, ni propediem à Rege promiſſa auxilia ſubmittant, ſe quibuſcunque poſſit conditionibus, pacem cum Gallo facturam. Veredarijs Legatoque Regij reſpondent, Mendozam mille quingen-

Anno 1597. Maius.

tos bellicoſos viros recenſuiſſe, eſſe in procinctu, poſt paucos dies in caſtris apud Emanuelem futurum. Iſtis quoque diebus ex Hiſpania eques cum litteris ad Gubernatorem Mediolanenſis Ducatus venerat, quibus ille ſeriò monitus, omnes ſuppetias Subaudo mittat, curetq; Hiſpanis profectio in Belgium vt tuta ſit, Galloſq; impedituros, infeſtaturoſq; iter omni modo arceat moueatque, Regi curæ eſſe Prouincias ſuas hæreditarias, nec defuturum interim genero filiæque. Iſtis nuncijs Duciſſa multum recreata, ſpem felicioris ſucceſſus concepit.

Verum interea Ladiguerius nihil ceſſabat, ſed victorem exercitum prædabundus circumducebat, Chiarboneram quoque & Aquilam, duas munitiſſimas arces obſidione cinxit & paciſcendo cepit. Eratque terrori non pagis ſolùm & ruſticis ſed vrbibus & militibus Subaudis. Conſtabat hoc tempore Regius exercitus duodecies mille bene exercitatis equitibus & peditatu octo millium virorum.

Antuerpia hoc menſe Maio nuntiatum eſt, Alberto Cardinali Iſabellam Regis Hiſpaniarum filiam natu maximam eſſe deſponſam eique in dotem Prouincias Belgij eſſe aſſignatas, miſiſſe Hiſpanum

& Car-

& Cardinalum Legatos ſuos Romam, qui à Pontifice Maximo diſpenſationis, & acceptatæ reſignationis documenta impetrent, nec id Pontificem denegaſſe, contuliſſeque Maximiliano Archiduci Iuniori depoſitum ab Alberto Galerum, eadem nuntia confirmabant, quæ paulò antè de nuptiis Philippi Tertii cum Caroli Auſtriaci filia commemorauimus. Anno 1597. Maius.

Plauetta ciuitas Britanniæ eſt maritima inſigni portu celebris, multoq; opere & ipſius loci natura ſatis munita, Illam Dux Mercurii valido Italorum Hiſpanorumq; impoſito præſidio tenebat, commiſerat eandem fidei acris & ſtrenui viri, qui induciis nuper cum rege pactis ſubſcribere nulla ratione voluerat, vnde haud obſcuræ ſimultates inter ipſum & Ducem ortæ. Rex qui portum hunc occupare non ſemel deliberârat, ſed vim adhibere, propter Ambianenſem obſidionē adhuc durantē, necdum potuerat, & inſidiis dolisque nihil ſe proficere viderat, tanta enim Gubernatoris erat induſtria, præſidiiq; tam accuratæ excubiæ, & omnium peruigiles curæ, vt præuiſæ prius ab illis Gallorum fuerint machinationes, quam in effectum produci ceptæ, itaque ratus occaſionem oblatam noui conſilii quod præmeditatus fuerat expediendi didicerat Plauettā Gallus occupat.

Anno 1597. Iunius.

experientia Italorum contra Hiſpanos fluxam eſſe fidem, Italosq; præſidiarios argēti eſſe admodum cupidos & egentes: quare mercari per internuncios fidos iſtis inducijs ſtantibus, proditionem ſe poſſe ſperauit, nec defuit ſucceſſus, mille enim & quingentis ſcutatis clam dinumeratis, de die, lege & modo proditionis conuentum. Re ſic compoſita Itali ad vigeſimum Iunij Hiſpanos improuiſos, nihilq; minus quam commilitonum perfidiam ſuſpicatos adoriuntur, inermesq; cædunt & extra vrbem fugant. Regemq; & Gallicum præſidium reſeratis portis accipiunt. Perculit iſtius portus amiſſio grauiter Ducem Mercurij, ſubſecutæq; poſtea pacis & reconciliationis non minima cauſſa fuit.

Humbecurtum à Gallis capitur & paulo poſt amittitur.

Eandem fortunam Humbecurtenſes tulêre, ſed ſuo more in victores non diu ſinceram. Situm eſt Humbecurtum in Arteſia, & Arelato quatuor miliaribus diſtat, foſſis & propugnaculis mœnibusq; ſat tutum caſtrum, hoc Hiſpani tuebantur. Galli qui ante Ambianum in caſtris hærebant, quotidiè excurrentes, & populabundi Arteſiam Hannoniamq; peruagantes, arcis cuſtodiam & occupādæ rationem probiſſimè fuerant expiſcati. Collectis itaq; aliquot fidis & ad audendum proiectis cohortibus equitumque turmis, ad caſtrum

acce-

accedunt, dedi illud petunt, Hiſpanis verò id recuſantibus, per prodita loca ad murorum pinnas euadunt. Reiecti tamen ſemel & iterum ſunt Galli, ſed illis nihil de alacritate remittentibus animum conſeruandi loci, propugnatores, qui perpauci in arce aderant reliquis ad prædam egreſſis, deſponderunt. Ex qua arce Galli itinera aliquot dies infeſtiſſima reddidêre, & viatoribus commeantibusq; hinc inde negotiatoribus magna damna intulêre. Quibus motus Archidux Albertus, idem caſtrum ad medium menſis Iulij rurſum obſedit, & vehementiſſime oppugnatum vi cepit, Gallis omnibus interfectis. Anno 1597. Iunius.

Eodem tempore Gallis Francauilla, nobile oppidum, Moſce ripis inædificatum, & multis nouis operibus, hiſce dubijs temporibus munitum, aſtu potiùs quam aperta vi eſt adempta, oppugnârat illam ex quatuor caſtris Albertus, latasque per murorum & turrium ruinas ingreſſus, peditibus ſuis aperuerat, verùm obſeſſi congeſtis vndiq; & noctu terris, nouos aggeres, ex quibus irruentes repellebant excitarant, fidemq; Regi ſuo conſtanter ſeruabant. Præſensêre Hiſpani diuturnam fore obſidionem, itaque capitaneus Gauchir Lotharingus portam ſubit, cum obſeſſis loquitur, amicitiam ſimulat, ciuibusque Francauillam capiunt Hiſpani.

Anno 1597. Iulius.

perſuadet ob non ſoluta ſtipēdia ſibi in animo eſſe ad Gallum deficere, hacque oportuna occaſione fidem velle ſe Galliarũ Regi probare, portas aperiant ſe ſuoſque ciuibus præſidio futuros, credunt obſeſſis eoque libentius, quod auxilia à Rege Ambiano necdum capto, tardius ſubmiſſum iri, putarent, quam Hiſpanorum vehementia, ſuorumque paucitas requirat. Ita receptus Gauchir ſubſequentibus ex inſtituto Hiſpanis portas aperiunt. Occupatum hoc oppidum expeditã dedit Hiſpanis commoditatem excurrēdi p̃daſque per Champaniam ad libitum agendi.

Rurſum hoc menſe Iunio nouæ coniurationes & clādeſtina in Regem regnumque Galliæ conſilia pro Hiſpano emerſērunt, Auerniæ Gubernator conneſtabilis Gener à quibuſdã regni proceribus inductus cum occultis Hiſpani amicis viã excogitârat de prodendis tradendiſq; aliquot ſuæ prouinciæ munitioribus locis. Erat is ante Ambianum, eo tempore, in caſtris apud Dom. de Byron, factuſq; ꝑ literas certus de Regis acerrima inquiſitione, q̃ in ꝓditionis conſcios exerceret, ꝓpaucis concitatus in Britanniam ad Ducem Mercurij abiit.

Ambianenſis obſidionis ſucceſſum obſeſſorumq; imperterritos animos mundus furio-

furioſus adhuc enarrauit. Dũ vero illa duraret & Cardinales ſuos vndiquaq; ad liberandã Gallicis ſuburbanis caſtris vrbẽ colligeret, miſſi ex compoſito ab Henrico Rege & Cardinale Auſtriaco ad limites Picardiæ, qui pacem conſiliis & pactis tractarẽt. Cardinalis quidam Comitem Mansfeldiũ Richardottum quendam, & Ioannem Baptiſtam Taxiũ ablegârat, Regis verò Henrici nomine comparuêre Domini de Beliour Villeroy & Sancij. Deſperatus quidem eius conuentus felicior exitus à multis fuit, ſed ſi tamen auſpicato fundandæ pacis initium factum eſſe, optatiſſimus euentus demonſtrabit. Verum interea neuter ab adminiſtratione belli deſtitit, neque enim induciæ hinc inde initæ & ſtatutæ fuerunt. Anno 1597. Iulius.

Sub idem tempus in Hollandiam quoque venerunt ab Imperatore Rudolpho Carolus Nutzellius, & Polonorum Rege Sigiſmundo Paulus Dziachiuskius, pacificatores, ſi Hollandi volent inter deſſidẽtes partes futuri. Imperatorẽ q̃dem cõmouêre haud intermiſſæ Circuli Weſtphali ab vtroq; milite Hiſpano Batauoq; tolerantis querelæ, aliorumq; Imperij ſtatuũ ꝓ eius circuli defenſione ſuſcipiẽda interceſſiones. Nam & ſuperiorib. Comitiis Ratisbonenſib. vniuerſi Imperij principes &

ſtatus

ANNO 1597. Iulius. ſtatus in eam iuerant ſententiam, vt vindicandam publicis ſumptibus putarent ab omni iniuria nobiliſſimam Romani imperij partem, cuius principes, inſignesque vrbes tot jam annos miſeris indignisq; modis diuexantur, experiri tamẽ iterum conſilio legatisq; quam modis alijs iſtam protectionẽ debere. Mouebant præterea Cæſarem priuata quædam incommoda à Belgicis hiſcè inteſtinis diſcordijs profecta, quæ impedimẽtum erant contra communem Chriſtianitatis hoſtem rem feliciter agendi. Nam exinanitæ direptionibus ſine diſciplina diuagantium Belgij militum prouinciæ, collectas ad Turcicum bellum in Comitijs deſtinatas prorſus non diſſoluebant, & auerſis ala interioris Germaniæ monopolijs metu belli negociationibus, beatæ olim Reſpublicæ, laborare ceptæ, ſua quoq; ſegnius conferebant. Denique Cæſaris animum anxia coquebat cura, cũ frequentes Legatos certò comperiſſet in Angliam Galliamq; ex aula Otthomannica aduenire, Angliamque religioſius, cum Mahomete amicitiam colere, quam præſenti ſtatui orbis Chriſtiani expediret. In quam curam illum vehementius impulerat recens nuntius de Legato Turcico, qui Pariſios ſub hoſce dies ingreſſus à Gallo ſui Sulthani nomine petierat portum in

Pro-

Prouincia, ad quem, claſſem Triremes ſuas, ſi quando ipſi ſuiſq; ita viſui foret tuto appelleret, cum pollicitatione ingentium munerum, ſi conſenſiſſet. Quæ tamen poſtulata Rex chriſtianiſſimus vti periculi dedecoriſq; pleniſſima ſpreta oblatione, neglecto Reginæ Eliſabethæ incitamento & ſuaſu, omnino reiecerat. His itaque rationibus inductus Nutzellium ad Hollandos tunc Cæſar ablegârat. Polonus vero propter nouam cum domo Auſtriaca & Hiſpanica affinitatem, eadem conſilia promouere affectabat, eoq; ſtudioſius id agere apparebat, quod ab Hiſpanis eo bello liberatis, Belgiſq; tanto beneficio affectis, ſperare ſubſidia ad meditatam contra patruum ſuum Carolum, quem Succiæ hæreditarij regni ſui adminiſtratorem reliquerat, expeditionem, ſi Martis dubia fortuna hoc efflagitatura eſſet, cum hoc ſtatu etiam aliquod inde diſcrimen obliqua vel aperta Belgarum eorumq; confœderatorum voluntate timere poſſet. Habiti ſunt Legati ab Hollandis perhumaniter, delatusq; illis eſt honor pro dominorum ſuorũ Maieſtate par. Admiſſus autẽ in ordinum conſeſſum Polonus, qui prior venerat & ante Nutzellium quoque abijt, mandata ſua expoſuit, luculenterq; pro pace perorauit. Verùm Hollandi obfirmati iam, contra

ANNO 1597. Iulius.

Anno 1597. Iulius

contra pacem cum Hiſpano, rationes quas aliis antè, pauloque etiam poſt admiſſis Legatis oſtẽderunt, adduxêre, quare hoc tempore nimirum, & hac vnitarum prouinciarum præſenti fortuna cum Philippo Hiſpaniarum Rege tranſigere non poſſent. Porro reſponſum hoc ſtatuũ Belgij iis verbis, quibus nobis traditum eſt, ſubiicere hîc libuit, quo rationes iſtæ ſint omnibuſ notæ, propter quas illi pacem detrectant & Belli ſe euẽtus committunt.

Reſponſum Statuum Belgii datum Legato Regis Poloniæ.

Ea quæ nomine ſereniſſimi & potentiſſimi Poloniæ & Sueciæ Regis, à Generoſo domino Paulo à Dziachyn declarata ſunt, ordines generales confœderatarũ prouinciarum omni cum animorũ ſubmiſſione audiuerunt, & re communicata & deliberata cũ Illuſtriſſimo Principe & cõſiliariis ſtat', breuiter reſpõdere ſtatuerunt, quod libentiſſime intellexerint, tam benigne ſereniſſimum Regem his ditionibus confœderatis omnem à Deo felicitatem precari viciſſim ſereniſſimo & potentiſſio Regi lõgiſſimam vitam, ſaluberrima conſilia, & proſperrimos contra ſuos & totius chriſtianitatis hoſtes precantur ſucceſſus.

Quæ porro dominus Legatus de crudeliſſimo Turcarum bello prolixe narrauit, etiamſi illa hactenus multis nunciis atque

aliis

teſtimoniis cognorint, tamen & vires illius hoſtis & pericula chriſtani orbis tam graphicè ob oculos poſita maximo dolore ordines affecerunt. Et vna cum Sereniſſimo potentiſſimoq; Rege idem plane ordines ſentiunt, ſi Reges & Principes poſitis diſſidiis arma & vires coniungerent, quod tamen hactenus in maximis Reip. chriſtianæ periculis impetrari non potuit, facile malum à chriſtiani orbis finibus propelli poſſe. Anno 1597. Iulius.

Sed dolent ſummopere ordines, Sereniſſimum Polonię & Succię Regem tam ſiniſtrè ab iis, qui his ditionibus malè volunt edoctum, ſe cauſam eſſe quo minus Rex Hiſpaniarum & milites & theſauros conuertat ad opprimendū Turcam & reliquos chriſtiani nominis hoſtes.

Nam quod ad ſe attinet, quam ob cauſam conflictentur calamitoſo bello tam multis iam annis, toti orbi chriſtiano iamdiu notiſſimum fuit, neque ſunt ordines in ea ſententia, vt hic multis verbis docendum exiſtiment, quæ Regum ſit authoritas in ſubditos. Sed quod omnibus conſtat has prouincias nunquam Regibus paruiſſe, ſed tantum ſuis principibus, qui nō minus certis legibus, quam populi & ſubditi fuerunt aſtricti.

Quam ob rē cū Hiſpaniarū Rex multis annis

ANNO 1597. Iulius.

annis intolerabili Tyrannide contra iuratas patriæ leges has ditiones oppreſſerit, & centum millia hominum iniuſtà cauſſa occidi iuſſerit, Legatos viros principes in Hiſpaniam miſſos, vt crudelitatibus finis imponeretur, detinuerit, & deinde contra iùs gentium, morte affecerit, inaũditas ſine conſenſu ordinum exactiones introduxerit, infinitam hominum multitudinem omnis conditionis & gradus in exilium iecerit, non mirum, ſi tandem victa patientia, Deus arma largitus eſt, quibus ſub iuſſu Gubernatoris auſpicijs Illuſtriſſimi Aurãgiæ principis ſeſe primum Hollandiæ & Zelandiæ, deinde etiam reliquæ prouinciæ in libertatem vendicarunt.

Quod ſerius multo fecerũt, quam perpetua Hiſpanorum Tyrannis & crudelitas merebatur, quam proceres & ordines aliarum Prouinciarum & regnorum feciſſent, qui ne centeſimam quidem partem malorum & calamitatum, quàm populi harum prouinciarum multis annis tulerunt, vel minimo tempore ferre voluiſſent.

Et quamuis innato erga principes amore, ordines omnia tentârint, quæ ad bellum deprecandum pertinebant, & non ſolum per ſeſe nullas non vias pacis inierint, verùm etiam Imperator ipſe, Rex Galliæ, Angliæ Regina, & principes Germaniæ inter-

Interceſſerint, tamen effici vnquam poterit. Iulius.

Quæ cauſa eſt cum nullam amplius ſpem conficiendæ legitimæ pacis haberent. Et Hiſpaniarum Regem aſſociationes prouinciarũ diſſoluere, & vrbes intercipere, pacis ſpem, magno prouinciarum detrimento didiciſſent, poſt hominum multa millia in bellis occiſa, euerſas vrbes & omne genus calamitatum ad alia conſilia ſunt coacti deſcendere.

Quod igitur omnibus gentibus perpetuò liberum fuit, vt intolerabilia iuga, etiam Regum, excuterẽt, quod multis exemplis doceri poteſt, id etiam perpetuò licitum & liberum liberrimis inferioris Germaniæ & Belgij populis, vt ad iuſtam & neceſſariam declarationem venerint, principem omni ſuo iure cecidiſſe, quod multis abhinc annis nõ ſolùm legitime conſtitutum, ſed etiam edictò promulgatum eſt, poſtea principẽ plurimæ & præcipuæ prouinciæ creârũt Ducem Alanconicum Regis Galliæ fratrem & poſt eius mortem, vt & antea ſub gubernatore prædicti Illuſtriſſimi principis Aurangiæ contra Hiſpanum bellũ ſuſtinuerunt.

Quo, ſummo ſcelere, petito à Barbaris exemplo, præmijs ab Hiſpano publi-

1597. cè propoſitis, non in belli expeditione,
Iulius. ſed domi proditoriè occiſo, cum hoſtes non ſolum turbatas harum prouinciarum res, ſed etiam planè euerſas & perditas ſperaſſet. Nihilominus omnipotentis Dei auxilio, cui ſoli ordines innituntur, ſub auſpicijs Illuſtriſſ. eius filij Principis Mauritij, non ſolum hactenus prouinciæ ſunt conſeruatę, ſed vna etiam cũ ipſius ætate auctæ & propagatæ.

Quod verò pertinet ad Hiſpaniarum Regem & ad eius voluntatem & animũ, qui ex rebus geſtis optimè cognoſcitur, palam eſt nihil minus illum cogitare, quam bellum Turcicum, ſed moliri imperium in omnes Chriſtiani orbis reges & principes, promouendæ religionis Romanæ prætextum.

Nam quæ eſt vel fuit vel vnquam belli alia cauſa contra Sereniſſimum Anglię reginam, quæ cauſſa miſcendi ſeſe bello Gallico, & regnum Galliæ affectandi, & ſtudium auertendi à veris dominis hæreditarijs & ſucceſſoribus Ducatum Iuliæ & Cliuiæ, quòd paucos antè menſes inter cæteras actiones, quæ eò tendunt per Admirantem Arragoniæ apud Imperatorem tractauit, præter inſidias, quas ſtruit Aquiſgrano & Veſuntio, & multis, ſi verum dicere liceat, Imperij Ordinibus,

bus, ditionibus & ciuitatibus, quam vt 1597.
omnium rerum in Chriſtiano orbe ſit ar Iulius.
biter.

Quò tandem vt peruenire poſſit hoc vnicum Hiſpaniarum Regis ſtudium, vt propoſita pacis actione, has ditiones in ſuam poteſtatem oppreſſis legibus patrijs redigeret, & ſedem in ijs belli contra omnes omnium regnorum principes conſtitueret, vbi & vires terra, marique & pecuniã paratam inueniret. Quæ cum prudentiſſimè animaduerteret Sereniſſima Angliæ Regina, veræ religionis protectrix, à multis annis has ditiones ſibi fœdere obligauit.

Et cum ob eãdem cauſſam paucis abhinc menſibus Galliæ regem & prædictã Angliæ reginã fœdus factũ ſit, in idẽ etiã confœderatæ prouinciæ aſſumptæ ſunt.

Quamobrem facile cognoſcat Dominus Legatus, quam non ſit integrum ordinibus in hoc rerũ ſtatu de ijs quæ propoſuit, vel apud prædictos principes, vel apud ordines ſingularum prouinciarum mentionem aliquam inijcere. Præcipuè cùm tam multis exemplis edocti ſint, planè nihil agi neq; conari ab hoſtibus, quã vt ſub dulci nomine tractationis de pace tegat bellicas inſidias, & imperitos in fraudem alliciat.

1597. Iulius. Quod Sereniſſimam Regiam Maieſtatem ſeriò cogitaturam ſperant Ordines, & non tanti facturam affinitatem, quæ illi cum Hiſpaniarum Rege intercedit, vt non magis commodo & ſaluti totius Reip. Chriſtianæ inuigilet.

Quod verò Legatus literarum Sereniſſimi Regis Stephani ſuæ Maieſtatis prædeceſſoris mentionem fecit, gratiſſimũ hoc fuit præclariſſimum illius Regis in gubernandis ſuis regnis & populis conſilium.

Et cũ nihil prius Ordines habuerint quam vt omnib. Regibus de cauſſa iſtius belli & reliquis ſuis actionibus ſatisfacerent, diligentiſſimè ad illas litteras reſponderunt, vt ſimul etiam oſtenderẽt, quãti ſemper feciſſent Poloniæ regis beneuolum animum erga has ditiones retinere.

Quo etiam in ſtudio & volũtate Ordines erga ſuam Sereniſſ. Maieſtatẽ perpetuo permanebunt, quam etiam mutua commercia, quæ quamdiu ius gentium valet, impediri non poſſunt, iarta tecta conſeruaturam Ordines nullo in dubio ponunt.

Quod reliquum eſt, Ordines ſuæ Maieſtati commoda & ſtatum harum prouinciarum humillimè commendant & viciſſim

viciſſim perpetuo omnem operam da- 1597.
bunt vt ſuæ Maieſtatis beneuolentiam Iulius.
non ſolum conſeruent ſed etiam omnibus modis promereantur & adaugeant. Petunt etiam ordines vt generoſus dominus Legatus hæc diligenter Sereniſſimæ ſuæ Maieſtati referat & has ditiones ſuo fauore proſequatur, cuius officij quandocunq; occaſio ſeſe offeret ordines parati erunt habere rationem.

Venetos cum Turcarum Imperatore pacem colere notum eſt, contra quam tamen cum ampliſſimā nauem cui Syl- ueſtra nomen fuit, precioſiſſimis mercibus onuſtam Barbari ex ſuis Myoparonibus expugnaſſent, egeſtisque bonis ſpoliaſſent, Senatus Venetus publico ꝓclamate circa hoc tempus iuſſit nauis ſocios accepti damni ſummam in tabulas referre, præterea vnum deligere qui Conſtantinopolim nauiget, & Senatus mandato direptas opes paſſumq; damnū vigore pacti repetat.

Veneta nauis à pyratis Turcis ſpoliatur.

Legatus ad vrbem delatus ruptam pacem & illata damna enarrauit. Mahometes querela percepta, illico ad Architalaſſos & portuum præfectos veredarios emittit, cum mandato omnes Barbarorum naues quacunq; merce oneratas inhibeant, perluſtrent & quicquid Ve-

1597. Iulius. netorum ſit reſtituant, vectoresq; deprehenſæ mercis ablatæ vinctos rerum capitalium præfato iugulandos tradant. Interim vero dum in itinere Legatus eſt, Venetorum maris præfectus Barbarorũ nauibus quotidie inſidiatus, aliquot ſuã in poteſtatem redegit, quibus partitarũ mercium Venetorum aliquot faſces & vaſa vehebantur, & quidem duas propè in conſpectu Corfu, in quibus præter reliqua ſunt recepta ſeptingenta millia coronatorum in auro ſignato, & ſericæ telæ præſtantioris aliquot faſces, pyratæ omnes & barbari trucidati & in mare eiecti.

Alias quoq; duas triremes quæ prædarum mare peruagabantur Auguſto menſe Veneti ſuperarũt, multosq; Chriſtianos captiuos & ad remos catenis ligatos liberarunt, Turcis in fruſta conciſis. Tertiam item triremem, in qua ingentis precij opes portabãtur, præfectus ille adortus poſt trium horarum certamen, ablatumq; tormentis clauum perforataq; latera ſubmerſit, nulla hic præda propter extremam barbarorum pertinaciam Venetis obuenit.

Decimo octauo die menſis Iulij, Matthiam & Ferdinandum Archiduces, Imperator Rudolphus aureo vellere, cære-

mo-

 Anno 1597.

monijs & ſolemnitatibus conſuetis Pra-
gæ decorauit, inq; eius ordinis collegium cooptauit.

August. Peſtis quæ anno præcedenti ex Aſia in Hungariam, Auſtriamq; arriuata, ciuitates & agros funeribus & horrore cōpleuerat, hoc tempore iſtis inde partibus nihil remittebat, ſed propagata per omnem ſuperiorem Germaniam, inque Septentrionales plagas protenſa, multos mortales quotidie abſumebat. Sæuiebat illa in primis Erfurti, Coloniæ, Hamburgi, Lubecę, vbi tantam paucis ſeptimanis ſolitudinem ciuibus ſublatis fugatiſque effecit, vt populoſiſſimæ alioquin & iucundiſſimæ vrbes, loca eſſent deſerta, & fœtore ac ſqualore horrerent.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE